

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Fvndamenta Lingvae Hebraeae Svis Vndiqve Rationibvs  
Solide Firmata Sev Grammatica Hebraea Philosophica**

**Koch, Friedrich Christian**

**Ienae, MDCCXXXX**

**VD18 1213113X**

Pars I. De Eis, Qvae Circa Hebraeorvm Terminos, Qva Voces Sev Sonos  
Spectatos, In Se Et Ratione Scriptionis Consideranda Svnt.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16954**

# GRAMMATICES HEBRAEAE

## PARS I.

DE EIS, QVAE CIRCA HE-  
BRAEORVM TERMINOS, QVA  
VOCES SEV SONOS SPECTA-  
TOS, IN SE ET RATIONE SCRI-  
PTIONIS CONSIDERANDA  
SVNT.

### C A P. I.

DE PARTIBVS VOCVM, VOCALIBVS  
ET CONSONIS SIGILLATIM  
SPECTATIS.

#### SECT. I.

DE VOCALIBVS.

##### §. I.

Huius  
doctrinae  
nexus.

**G**rammatica Hebraea exponit regulas,  
quae ad recte formandam linguam  
Hebraeam spectant (§. 42. Prol.): hae  
autem absoluuntur iis, quae ad sermonem He-  
braeum faciunt (§. 26. Prol.). Hinc doceat  
modum formandi voces (§. 23. 24. Prol.);  
agat de partibus, quae illas constituant (§. 17.  
Prol.), adeoque de Vocalibus et Consonis  
(ibid.), et primo quidem loco de Vocalibus  
(§. 12. Prol.). Quum simul lingua Hebraea  
vti mortua peregrina ex scriptione et sic per  
lectio-



lectionem addiscenda sit (§. 54. Prol.), ideo, ut signa tam Vocalium, quam Consonarum, vnam vtrarumque sonis, signorumque nominibus afferantur, cognataeque explicitentur doctrinae (§. 55. Prol.) ordine, quantum fieri potest, scientifico (§. 42. et tit. libri) necesse est.

**SCHOL. I.** Duas Grammatices Hebraeae constituiimus partes, primam generalem, alteram totius Grammaticalem, secundum hancce Theoriam: Grammatica Hebraea exhibit huius linguae doctrinarum fundamenta. Quaelibet lingua sermonem et conspectus terminos exigit (§. 26. et 23.). Duo in quolibet termino sunt discernenda, 1) Vox seu sonus, 2) eiusdem idea seu significatus (§. 8.). Hinc simpliciori nullo vti ordine possumus hoc, quo priro ad ea attendimus, quae de terminis, qua sunt soni, eorumque scriptione Beniunt obseruanda, dein quae ad significatum rite determinandum de illis cognitu sunt necessaria. Haecce duo complectuntur omnia, quae ad recte formandam linguam in Grammatica, quaecunque demum sit, proponi possunt. Ad primam generaliorem partem pertinent doctrinae, de Vocalibus; de Consonis, harumque speciebus; De syllaba, eiusque primariis affectiobibus e.g. Tono; Ad scriptionem spectant omnes notae, quae signa literarum et Vocalium in syllabis constitutarum afficiunt, adeoque in Hebraea Grammatices parte generaliori et agatur, de Makkeph, Schuaim, Mappick, Patach furtiuo, Metegh, Dagesch stroque, et de mutatione punctorum Vocalium.

Ad Significatum termini requiritur, Et sciamus, qualis idea per illum sit indigitata; et sic in altera specialiori agatur, de Nominе, Pronomine, Verbo, particulis; immo quando ad totius sermonis

Omnium  
matics  
doctrinarum  
conspectus.



monis sensum eruendum attenti sumus, tunc de constructione et structura terminorum, praesertim peculiari seu idiotismis exhibendis sollicitus sit, plenam omnium doctrinarum ad linguam addiscendam necessiarum seriem expositurus. Plerisque, si non omnibus, pro tenuiori virium mensura declarationem exhibebimus, ut integrum nostrum opus testabitur.

## Monitum.

Cur  
doctrinam  
de  
Vocalibus  
praemittamus  
alteri  
de Consonis.

Quid  
Vocalis?Eiusdem  
criteria.

SCHOL. 2. Non ignoramus, quod plurimi inter Philologos statim in limine suorum fundamentorum a Consonis earumque figura faciant initium: Huncce tamen ordinem, licet quidam inter eos appellent naturalem, haud temere deserimus, quum eum, quem eligimus, naturae rerum quas exponimus, proprius accedere illo vulgari, ex comparatione vtrarumque idearum facillime probatur. Non enim hoc loco respicimus Vocales et Consonas, quatenus syllabam Hebraeam constituere debent, ad quod tamen omnes illi vnicce attendunt, quo certe respectu de Consonantibus fuisse inchoandum, sed ideis Consonantium et Vocalium pressius inhaeremus, quae harum doctrinam iniungunt illi de Consonis preferendam. conf. Neumannus in Clavi Domus Heber P. III. C. II. Axiom. II. p. 39.

## §. 2.

Sonus simplex per certam gutturis conne-  
xarumque partium aperturam determinatus,  
audit Vocalis (§. 12. Schol.).

## §. 3.

Quocunque igitur 1) non est sonus, aut  
2) nullus sonus oris, aut 3) non simplex, aut  
4) per certam gutturis aperturam minus de-  
terminatus, illi non competit idea Vocalis  
(§. praec.), illud quoque pro vocali haberi ne-  
quit.

## §. 4



## §. 4.

Ad sonum Vocali conformiter formandum omnia illa concurrere debent (§. 2. 3.). Hinc *vibicunque sonus Vocalis, ibi ipsa Vocalis:* Ergo *vbi Vocalis esse nequit, ibi nec eiusdem sonus.* Quotiescumque vero signo quodam indicaueris, absentem hic esse vocalem, ibi haec esse nequit: caueas eapropter, ne sonum illius tunc substituas.

SCHOL. Licet nonnulli vilipendent haec leui-  
ter dicta, illi tamen sciant, unicum hoc esse  
fundamentum, ex quo illos refutabimus, qui  
τῷ Schua, quocunque deum sit, sonum Vo-  
calis tribuunt.

## §. 5.

Quodsi tamen ob quasdam rationes *aliquid*  
seu *particula Vocalis tantum significetur, tunc*  
sonum edere non licet (§. praec.): hinc *aper-*  
*ruram modo gutturis, sono Vocalis, cuius si id aperitram*  
*gnum adest, conuenienter instituendam, indi-*  
*care poterit (§. 3.).*

Vbi  
Vocalis  
esse nequit,  
ibi nec eius  
sonus.

Vsus.

Quicquid  
particulam  
tantum vocalis  
indicat,  
modo gutturis  
requirit.

SCHOL. Videntur haec admodum subtilius ex-  
pedita: Vsus vero ille tyrannus ΕΤΙΕΙΧΕΙΑΝ  
eo casu per celerrimum sonum commendat.  
Casum vero ipsum enucleabimus in doctrina  
de Schwa composito.

Vsus.

## §. 6.

A latisima ad arctissimam gutturis connexa-  
rumque partium, aperturam, quinque varii soni  
simplices tantum determinari poterunt (per ex-  
per.):

Quot dentur  
Vocales?



per.) : hinc totidem ut dentur Vocales necesse est (§. 2. sq.)

**Monitum.**

SCHOL. In qualibet lingua requiruntur Vocales, adeoque et ea, quae per essentialia eorum confirmantur, et sic cuilibet linguae sunt 5. Vocales propriae. Ne haec tamen confundas cum signis Vocalium, de quibus mox agemus.

**§. 7.**

Fundamen-  
tum  
Vocalium  
breuum  
et longarum,  
simulque  
quid sint?

Quilibet sonus quaedam temporis exigit momenta ad sui formationem (per ideam soni et tempor.). Hinc omnis Vocalis tempore quodam ut pronuncietur, necessarium est. Quodnam vero quantum tu posueris ad vocalem pronunciandam, id erit mutabile. Quantulumcunque supponas hoc temporis quantum, Vocalis haec vel illa semel, alia bis illud postulabit: prior vocabitur *breuis*, posterior *longa*.

**Consensus.**

SCHOL. Acutissimus Neumannus I. c. Axiom. VI. p. 44. adaequatam hancce mentis nostrae expressionem vna exhibet.

Eadem  
quinque Vo-  
cales modo  
breues,  
modo longae  
sunt.

**Vsus.**

De qualibet Vocali ea valere, nullum est dubium; hinc *easdem quinque Vocales modo breues, modo longas esse posse* haud contradicit (§. praec.); imo, ubi Vocalis esse debet, ibi aut *breuis* aut *longa* adsit (§. praec. init.)

SCHOL. Hancce Vocalium differentiam haud mediocrem ubique usum prodere, omnibus linguarum peritis in confessu est; testantur id ea, quae de syllabis compositis et simplificibus sumus acturi.

**§. 9.**



## §. I. 9.

Quaecunque ratione temporis in vocalibus attendenda sunt, ea vocales longas et breues spectant (§. 7.), quae differunt ut 2. et 1.

Differentia  
inter vocales  
breues  
et longas.

SCHOL. In doctrina de moris haec applicantur.

## §. 10

Vocalem longam formari posse, si breuis bis Duplex breuis pronuncietur, ostendunt (§. praec. et §. 7.).

vnam  
vocalem lon-  
gam  
constituit.

SCHOL. Huius conjectarii usus statim patebit.

## §. 11.

Diuersa haec omnino sunt, quae mens in qualibet lingua a se inuicem distinguere satagit: ut haec quoque significantur, necessitas haud raro iniungit. Eam Logici perfectionem praedicant et commandant in signis perficiendis; ut curcta diuersa, signis iisque pari modo diuersis, indigitentur. Quid obstat, quo minus haec applicemus ad signa diuersorum sonorum, quos Vocales dicimus? Ea lingua inscriptione ostendit perfectionem, quae diuersis sonis diuersa signa adiudicat; quae id negligit, quadam ex hoc capite imperfectione laborare creditur. Quinque sunt Vocales: Ergo totidem ordinarie requiruntur signa. Quum vero differentia earum in longas et breues nouam eamque haud leuiores mereatur attentionem, neque minus in omni loco vel breuis vel longa ex quinque illis adsit (§. 8.): Hinc ut quinque diuersis signis vocales breues, totidem diuersis Vocales longae secernantur, idea scriptoris perfectae postulat.

Quinque  
diuersis signis  
vocales  
breues, toti-  
dem  
longae sunt  
exprimendae.

Kochii Gram. Hebr.

C

§. 12.



## §. 12.

Vnum Cuiuslibet iam linguae perlustres velim perfectae He- scriptionem, vix ullum exactius huius Theo- braeorum riae specimen conspicies eo, quod *lingua He- braeorum* in sua exhibit scriptione: haec *Vo- calibus et breuibus et longis, tot addidit signa, quot requiruntur* (§. praec.). Vnam haud spernendam perfectionem in hoc ponimus, cumulantur tamen in eodem negotio adhuc plures.

SCHOL. Tria modo Vocalium signa Arabes ostendunt; Latini, Graeci aliquique modo plura modo pauciora, non tamen huncce adaequate numerum attingunt, qui pro scriptioni perfectione necessarius est. Quaenam interea nonnulli Philologorum de Iudeorum studio Arabes in re Grammatica imitandi statuant, egregie vnam vera eiusdem sententia legere poteris apud *Ven. Loescherum in Causis L. H. L. I. c. XI. p. 147.* Haud mediocrem perfectionem laudem mereri linguae Hebraeae scriptionem ob diuersa illa, quae exhibit Vocalium signa, confirmat Vir incomparabilis rerum, quae Philologiam Sacram spectant, iudicii *Altingius in fundamentis punctat.* L. S. p. 10. Perfectissima proinde, inquit, hac in parte est lingua Hebreorum, quae cuius sono geminam tribuit figuram, simul etiam de cuiusvis soni quantitate lectoribus queat constare.

## §. 13.

Quinam Signa accommodari debent signatis; Vocalis longa differt a brevi tantum ratione tempore tuendi signa ris, ita ut breuem bis pronunciando longam Vocalium perficias (§. 10.). Optimum omnino effet, in primis ubi



vbi signa Vocalium breuium et longarum ita formarentur, vt signis Vocalium breuium semel constitutis, ea, quoad commode fieri potest, modo duplicantur, ad signa Vocalium longarum efformanda.

longarum  
sit  
optimus.

## §. 14.

Imo hancce signorum Vocalium breuium ratione longarum perfectionem signis Hebraeorum vindico; quae simul ratio me mouet, vt signa vocalium breuium prius exhibeam illis longarum, eo ordine, quo soni se excipiunt (§. 6.) indicati, iisque coniunctis, quae circa linguam Hebraeam vti mortuam §. 1. pluribus ostendimus, quibus id addimus, quod ad sonos significandos aliorum more signa Vocalium, Latinis visitatarum, adhibuerimus.

Is in  
scriptione  
Hebraeorum  
conspicitur,  
quaenam inde  
sequantur.

Sonus seu Vocalis	Signa Voc. breuium	Nomina signorum
a	-	Patach
e	◦	Saegol
i	:	Chireck seu Hhi- ricq paruum
o	◦	Kametz chatuph
u	-	Kübbuz

Quae 1) circa signa 2) circa sonos et 3) circa nomina signorum notanda praecipue veniunt, pluribus nunc prosequemur.

## §. 15.

Ea signa, quae expressimus, esse Hebraeorum Vocalibus breuibus addita, omnes uno

Quaenam  
obseruanda  
1) circa

C 2

con-



signa  
vocalium.

Kametzcha-  
tuph  
falso per τ:  
scribitur.

Num  
ex punctis  
sint  
composita.

Ortus signo-  
rum  
Vocalium.

confitentur ore Philologi, nisi forsan sub aliqua varietate e. g. adiectis, sed falso, duobus punctis: τωτ, ut a signo Vocalis longae eo accuratius discerni possit, alioque ordine appareant. *Falsum omnino esse ubi signo quattuor Vocalis breuis addantur duo puncta, ex eo patebit, quae infra de Schua composito decebimus.* confer. Buxtorf. in Thesauro Grammat. p. 26. Quaevis haecce signa ex punctis esse composita, quapropter et puncta Vocalia videntur, non repugno. vid. Buxtorfum Seniorem in Tiberiade p. 79. it. Neumannum in Clavi Domus Heber L. III. p. 46. accedit, quod illi, qui Codices scriptos Vocalibus, seu earum potius signis instruebant, נקודות punctatores dicebantur, superiores illis, qui in Codicibus sacris quoad literas sine Vocalibus exarandas occupabantur, quos סופרים scribas appellabant. conf. Wolfi Biblioth. Hebr. P. II.

p. 538. De Ortus signorum Vocalium consulas summe Reuer. Loescherum, de Causis L. H. L. II. c. II. Ob solidiora illa, quae Vir Ceberrimus profert, argumenta, *iis assentio*, qui punctorum antiquitati fauent, eaque saltim ob signationi Codicis V. T. aequalia esse statuant, nisi ad primordia ipsius scriptioris ortum illorum referre velis, quae Mosis aetatem sine dubio superant. Ipsas vero Vocales, quae cum Consonis integrum perficiunt vocem, eundem, quem voces, quem sermo, quem oratio, habere ortum, eandem quoque autoritatem, nemo dubitat.

§. 16.

## §. 16.

*Genuinum esse eum, quem signis addidimus sonum, natura Vocalium monstrat.* Ut tamen et illis satisfaciamus, qui impurum signis quibusdam vel omnino compositum Vocalium sonum tribuunt; annotamus sequentia. Signa Vocalium sunt signa sonorum eorumque simplicium (§. 2.). Vbi igitur (-) Patach, ibi fonum a, ubi (.) Saegol, ibi e audias etc. Qui soni Vocalium sunt *puri*. Hunc vbiuis vel retinere possunt vel minus. Vtrumque suo modo defendi potest. *Vbi post sonum Vocalis nullum alium formares, purum illum semper poteris enunciare.* Quando vero Vocales cum Consonis combinantur ita, vt post Vocalem vma vel plures simul literae sint efferenda, tunc in hac literarum cum Vocali combinacione, experientia iudice, sonus Vocalium purus seruari nequit. A attrahit, vt b. Danzii verbis litter. §. 6 not. 9. vt amur, aliquid impuri ex E. e cum sequenti litera ad unam pertinens syllabam aliquid heterogenei ab A mutuatur. Sic (-) unacum Consona sequenti pronunciatum, audit ferme, vt semi Saegol et Saegol sub iisdem circumstantiis, vt semipatach. Perspicere id maxime licet ex illis vocalibus, quas loco earum in voce Hebraea linguae peregrinae exhibent. e. g. מִלְכִיזֶדֶךְ בָּקָל רַמָּא אֲנֵלָדָמָה. In omnibus ceterum linguis innumera extant exempla de sono τε e in syllaba composita impuro e. g. sehen edel, temet, מְלֹךְ.

2) circa  
sonos illis ad-  
scriptos.  
Quid  
censem sit  
de sono  
Vocalium  
puro  
et  
impuro.

SCHOL. 1. Non absonum igitur est, vbi loco (.) in syllaba composita, haud raro (-) deprehenditur.

SCHOL. 2. *Vocalis impura generatim est, quae sono suo simplici heterogeneum quid associat, cui opponitur pura, quae nihil heterogenei includit. Duplici autem ratione heterogeneum in vocali deprehenditur, aut sono ordinario immisceri alius, aut interna literae vis includi et per eam significari potest. Non de ultima sed de prima eius specie hic agimus.*

### §. 17.

Num  
τῷ (.)  
sonus *ui*  
sit  
adscribendus.

Alii sonum Vocalium compositum *ui* signo (.) adiiciunt, qui tamen *nunquam obtinere poterit*. Multiplici id confirmare ratione possumus. Signa Vocalium sunt signa sonorum simplicium, signum quintae Vocalis est signum ultimi soni in gutture simplicis, adeoque signum soni *u*.

SCHOL. Quicunque sonus non est simplex, ille non est vocalis (§. 2.); Hinc sonus *ui* nunquam ad Vocales, ad Diphthongos vero referendus (§. 12.); signum igitur Vocalis non est signum soni *ui*, sed (.) est signum Vocalis. Ergo nunquam per *ui* significandus, alia ratione,

Vocales breues et longae non differunt ratione vocalium seu sonorum, sed ratione temporis, quo pronunciantur (§. 7.). Vbi igitur quinta Vocalis longa agnoscit sonum *u*, tunc breuis eidem respondens eundem habet, celeriter tamen pronunciandum: adeoque quum (.) signum vocalis brevis sit τῷ 1, hoc vero *u* significet, eundem illud sonum ut recipiat, nul-



nullum est dubium. Caeas ne *Ven. Loescherum*, tanti nominis Virum, vnica fere pagina contradictionem admisisse dixeris, vbi L. c. L. II. c. 4. p. 305. (.) per sonum Germanorum ū, seu ui explicat, tertia tamen linea sequenti subiungat: *Diphthongi matri linguarum, Hebraeam intelligit, ignotae.* Nam p. 316. quo loco, inquit, purioris *Ebraismi* studiosos monitos velim, nec ae τ& ſaegol nec ui ſonum τ& Kubbuz OMNIBVS MODIS exprimere: sed quum proxime ad illud accedat, eius loco adhiberi. Ingeniosissimus *Neumannus*, vt manifestam hanc contradictionem declinet, ipsam Diphthongorum naturam Hebraeae minus contradicere linguae statuit. vid. Clau. Domus Heb. L. III. p. 42. Nostram inferius suppeditabimus sententiam.

## §. 18.

Quod ad *nomina, signis harum breuium Vocalium imposta*, spectat, talia selegerunt, quae illis satis fint accommodata, ideoque vel proxime vel remote de signato aliquid indicantia, seu quibus perceptis aut ipsa Vocalium signa menti reducantur, aut ſonus Vocalis, qualis eſſet, describatur. Hinc nomen signi primae Vocalis eſt Patach apertor, quia ſignum illud Vocalem maxima gutturis aperturae indigitat. Signi secundae Vocalis nomen Saegol, quod collectionem exprimit, ad figuram huius signi alludens, et ſic de caeteris.

Nomina  
fignorum  
Vocalium  
breuium unde  
desumpta?

SCHOL. Omnia horum signorum nomina ex-Autores qui ea  
plicata legere poteris apud *Neumannum*, a cuius exposuerunt.

C 4

tamen.



tamen in deriuatione vocum subtiliori me-  
thodo lubenter abstrahimus, in Clavi domus  
Heber C II p. 3: it. apud *Vener Loescherum*  
de *Catus L. H. L. II. c. IV. p. 308.* Idem  
cum aliis terminos technicos, quibus Iudaici  
Grammatici exprimere solent ea, quae in  
hisce doctrinis occurunt obseruanda afferunt,  
quos etiam non sine usu quibuslibet doctri-  
niis memoriae ergo annexere iuuat.

## §. 19.

Termini  
technici  
in  
hacce materia.

Punctuationem in genere seu omnia, quae  
signis literarum addita sunt alia signa, appel-  
lant, נקודה ipium vero punctum קור.  
Vocales Iudeorum Grammaticis dicuntur  
הברות, קולות antiquoribus מרכבות,  
Kiinchio חנוונות Vocales longae, אמות  
breues בנות. Vocales sonorum purorum  
קולות פשיות impurorum מורכבות.  
Speciales harum denominationum rationes  
praelectionibus nostris reseruamus.

Hactenus de Vocalibus breuibus: progredimur  
ad longas, quas antiquiores magnas seu no-  
biliores, illas vero paruas seu ignobiliores  
appellant.

## §. 20.

Quaenam  
in  
constituendis  
Vocalium  
longarum  
signis genera-  
tim  
notanda.

Quaenam  
praemittenda.

Quae de Vocalibus longis in genere notari  
merentur, in praecedentibus exposuimus  
(§. I - 14.), quod, quantum ipsa confirmatur  
experientia, nunc magis deducemus.

SCHOL. Certus omnino modus in formatione  
signorum Vocalium est adhibendus Per du-  
plicationem generatim fieri debet (§. praec.):  
sed circa ipsum hocce duplicandi negotium ad  
specialia attendere iubemus, partim ex ipsa signo-  
rum



rum figura, partim ex aliis, quae negligenda non sunt, diiudicanda.

## §. 21.

Vocales Hebraeorum vnam Consonis seu Experientia literis ad unam semper vocem constituendam concurrere debent, eoque ordine, ut litera signorum Vocalium. *de loco*  
Vocalem praecedat. *Signum igitur literae,* vti infra pluribus ostendetur, *ante signum Vocalis est collocandum, et pleraque Vocalium signa locum suum sub illo occupant.* Neque minus *sub unico literae signo unicum tantum Vocalis signum esse potest* (per Exper.).

## §. 22.

Hinc signa Vocalium accommodari debent Hinc nec signis literarum, ita vt vbi per compositionem nimis diffusa, breuium aut nimis diffusa, aut alio modo incongrua prodirent signa, ea tam nude recipi nec alio modo non possunt, sed alia magisue commoda via assumantur. huic malo occurrentum est. Vbi vero per duplicationem breuis vocalis, signum pro eiusdem longa constituenda satis aptum effici poterit, legitima saltim adhibita dispositione, tunc ea eligenda est, quae paulo ante suppeditatis principiis non contradicit.

## §. 23.

Modus, qui obseruari debet in constituen- Quid. dis longarum Vocalium signis, absoluit regulae huius las huius operationis. Quo respectu breui operationis? ante prolatae generales dici possunt, ex quibus hae speciales distincte concipiuntur.

Quaenam  
generales  
et  
speciales.

Reg. I. *Duplices signum illius breuis voca-*  
*lis, cuius longae signum velis constituere*  
*(§. 20.).*

2.) *Signum illud duplicatum ita dispo-*  
*nas prouti licet (§. 22.) et decet (ibid. et*  
*§. 21.).*

3.) *Quodsi, hoc facto, nil proficias, id au-*  
*tem est, vbi ea reperiuntur, quae primis (§. 22.)*  
*lineis expressa apparent, tunc*

α) *progrediaris ad sequens signum Vocalis*  
*breuis, id duplices, riteque disponas, ac vbi*  
*per id commodum prodibit signum, tunc id as-*  
*sumas tanquam signum Vocalis longae illius,*  
*quod proxime praecedit, Vocalis breuis. Sin*  
*per nullam signi duplicati dispositionem accom-*  
*modatum satis oriri possit signum, tunc*

β) *ideae Vocalis, cuius signum est conficien-*  
*dum, inhaereas, quae tibi statim offeret mo-*  
*dum, qui tuo desiderio satisfaciet.*

### §. 24.

Hisce praemissis ipsi applicemus regulas in  
Harum spe-  
cialium regu-  
larum appli-  
catio. *constituendis signis Vocalium longarum, He-*  
*braeis propriarum.*

Circa (-) obserues Reg. I. et II. tunc non  
1) circa (-) haec dispositio (= ) ob confusionem: non ob  
figuram literarum nulla basi linearis, sed acu-  
leata praeditarum e. g. 7, 1, i, etc. sub qui-  
bus tamen ponendum est (§. 21.); non (ii)  
quia sub unico literae signo unicum modo si-  
gnum Vocalis esse debet (ibid.). Sed haecce  
satis commoda erit τριῶν duplicati Patach dispo-  
sitio;



sitio, qua vnum transuersum, alterum pendulum formatur, ita .

Vt secundae Vocalis longae signum perficias, 2) circa (v).  
eadem ineunda est via. Duplicetur (v) Saegol, quamcunque tamen instituas dispositio-  
nem, nimis diffusum vndique prodibit signum;  
adeoque progrediariis ad num. α) regulae ter-  
tiae. Hinc duplices (.), non tamen sub hac  
ce figura (:), ob confusionem cum Schua, sed  
sub altera (..), (tertia enim vix datur), ef-  
ficiet signum Vocalis longae, eius quae proxi-  
me praecedit breuis Vocalis, adeoque secun-  
dae. Iam tertiae Vocalis longae signum per  
accommodatam duplicatae suae Vocalis breuis  
dispositionem formari deberet, sed illud modo  
exhibuimus tanquam secundae Vocalis longae  
signum, hinc tertia rursus regula eiusque num.  
α) applicetur, secundum quam (.) Chatuph  
venit duplicandum, per omnem tamen dispo-  
sitionem idem proficies, quod in duplicatione  
τg Saegol. Is igitur est casus, qui num. β)  
seu ideae huius Vocalis longae iniungit inhae-  
rendae, quando commodum eius constituere  
signum cupis. Simpliciori igitur via ratioci-  
nari non poteris hoc :

Per quocunque sonus i prolongatus indi-  
cari potest, id commodum esse potest tertiae  
Vocalis longae signum. Sed per (.) sequen-  
ti sonus i continuandus, adeoque et pro-  
longatus significari poterit (per exper.). Per  
consequens (.) sequenti i, secundum modum  
scribendi Hebraeis solitum ita i., aptum est  
signum



*circa (+)*  
Chatuph.

*cica (.,)*

signum tertiae Vocalis longae. Superfunt signa quartae et quintae vocalis longae efformanda. Missis in signo quartae pingendo Reg. I. et II. ob paulo ante datas rationes, Reg. III. adhibens (.), quod, prouti decet, duplices, non tamen ita (..) quia nimis difusum; nec ..... ex eodem fundamento, sed :. Quodsi haec 6. puncta sub signis literarum ponas, spatiū inter lineas adeo magnum, paginas paucis earum repleret, quod, vt euittetur, eodem ea puncta ordine, quo' vnum literae signum alterum excipit, posuerunt. Ut tamen reliqua eo melius intelligantur, formationem quintae Vocalis longae simul instituamus. Regularum seriem ubi obseruamus, (.) rursum erit duplicandum, ac in eo eadem repetere, quae antea diximus, necesse esset, quo tamen labore supersedere possumus. Ea modo sepe difficultas offert, ut commodum hocce signum in praecedenti Vocali longa iam adfuisset. Si alia adhuc sequatur, ad illam confugeremus, sed nulla prostat, neque superesse potest (§. 12.), ne igitur vtraque confundantur signa, aut alia via in uno ex vtrisque signis formando eligenda est, aut differentia inter illa ponatur. Breuissima haec alteri per ambages est praferenda. Nil nisi 6 puncta adfunt, in hisce quaedam suscipi mutatio debet, quando differentia constituatur. Quinque igitur in unam lineolam rectam conflatis, sextum semel in vertice, semel medio linea apponatur, commodiorem aptioremque certe nullam

vel



vel acutissimus excogitare poterit. Linea, quae punctum superne collocatum exhibit, signum quartae Vocalis longae, quae illud in medio conspiciendum praebet, signum quintae et ultimae Vocalis longae perficit: Hinc sextum illud punctum, quod pro diuerso suo situ signa duarum Vocalium, in reliquis eadem, a se inuicem discernit, vocatur *diancritum*.

SCHOL. 1. Tertius quidem adhuc prostat locus sub signo scilicet literae, at vero non euanda tunc fieret confusio cum Chireck sub primae literae labialis signo. Notemus interea Differentia in ortum τὸς lineae, cui punctum diacriticum adhaeret, diuersum omnino a signo literae labialis; Vocales ο et υ nunquam integre per nudam lineam significantur, neque significari poterunt: sed sub eodem uno tamen simili figura integrum efficit literae labialis signum; nec absonum esset, ubi haec linea, quae ex quinque punctis conflatis constat, diuersa paullulum figura exhiberetur, ab ea, quae signum literae labialis constituit.

SCHOL. 2. Nihil noui per hancce genesis signorum Vocalium longarum euicimus, quum ea iam pridem a multis ex parte fuerit agnita, conf. Summi Philologi Danzii Literat. Ebraeo-Chaldaicum 6. 6. not. r. Nec alienum in aliis linguis est, ut loco signi Vocalis longae duplex Vocalis homogeneae signum occurrat e. g. Saame, Baar, Seele, quo spectat ω Graecorum, ex dupli o compositum. Neque illum modum, quo signum tertiae Vocalis longae confecimus, lingua nostra vernacula ignorat. e. g. Ohr, ihr, Naturung, mehren Haec tamen multo clarius patebunt, ubi naturam literarum quiescentium sua luce restituerimus.

Aliarum  
linguarum  
consensus.



## §. 25.

**Signa Vocalium longarum**  
Hisce praemissis, signa Vocalium longarum  
Hebraeorum vnam sonis et nominibus signo-  
rum exhibere possumus.  
**Signa Vocal. long.**

Sonus,	Signa Vocal. long.	Nomina signorum
A	τ	Kametz
E	ε	Tsere
I	η	Chireck magnum
O	ι	Cholem
U	υ	Schureck

## §. 26.

**Quae circa**  
Quae primo circa ipsam signorum figuram  
moneri possent, ea iam §. 15. et 24. praecipa-  
triz haec no-  
tanda.

cupauimus. Sohum eorum vindicare res nul-  
lius fere videtur esse momenti, quum a bre-  
nibus non quoad sonos, sed tempore, quo for-  
mantur, differant. Kametz praecipue in ma-  
gnum a multis discrimin vocatur, qui sonum  
compositum *ao* eam ob causam τω vindicant,  
quia per obscuram satis deriuationem ex Pa-  
tach et Cholem conflatum credunt. Sed *Gel.*  
*Danzius* l. c. §. 6. not. r. sonum, quem nos ei-  
tribuimus, solide confirmavit. Nomina ho-  
rum signorum, eodem explicari debent modo,  
quo §. 18. de nominibus breuium signorum  
differuimus.

## §. 27.

**Duo dantur**  
τω  
Cholem

Quodsi datam nostram §. 24. signorum Vo-  
calium longarum genesin conferre placeat,  
eall-



eandem formandi rationem deprehendimus in quartae Vocalis longae signo constituendo, quae in eo secundae fuit. Vtraque enim signa oriuntur ex legitima non suae sed sequentis vocalis breuis duplicatae dispositione. ( .. ) ex duplice ( . ), et ex duplice ( .. ). Illud ( ) retinet sonum Vocalis longae E. hoc ו Vocalis longae O. Iam ubi harum Vocalium breues requiruntur, tunc E et O veniunt substituenda, quorum signa sunt ( .. et + Chatuph ). Vbi vero signa harum Vocalium resoluere cupis in ea signa simplicia, ex quibus sunt composita, horumque simplex signum loco breuis Vocalis assumere, quod omni iure fieri potest, tunc pars τָּ ( .. ) compositi, erit ( . ), τָּ ו, ( .. ). Duo propterea cuiusvis harum Vocalium longarum sunt signa breuum, alterum ratione soni, ratione compositionis alterum. Suavi omnino consensu conspirant haec cum ipsa linguae experientia, non raro enim loco ( .. ), quando cognata breuis substituenda est, occurrit ( . ), et loco ו, ( .. ). e. g. חִישְׁכָּ בַּ שׁ, ex סְפִּירִ, סְפִּירִ, עַזְּ בַּ עַזְּ. Sic, quando loco ( .. ) longa est substituenda vocalis, tunc haud raro assumitur ( ג ), praesertim ubi per assumentum ו confusio oriretur. e. g. Prov. I, 17. מֹרֶה pro מֹרֶה ex

SCHOL. Hic applicare commode poteris illum canonem; in quod res quaedam resoluitur, ex illis ut composita sit, necesse est. Noua simul haec est confirmatio de eo, quod signa Vocalium puncta Vocalia appellari possint.

§. 28.

et Tsere  
Vocalium bre  
uium signa.



§. 28.

Linea a pun.  
ctis  
Diacriticis  
non  
facile  
separanda.

*Cholem* et *Schureck* discernuntur per punctum *diancriticov*, quod prout facile cum aliis punctis confundi poterit, ideo linea sua ex quinque punctis conflatae libenter adhaeret. At vero punctum illud superne additum, quod *Cholem* constituit, tantam haud parit confusionem, vbi et sine sua linea tantum in apice literarum conspiciatur, quantam punctum illud τָּg Schureck, si solitarie appareat; medium quia locum signi literae occupat, vix enim a Dagesch vel Mappick discerneretur. Hinc punctum τָּg *Cholem* saepius, τָּg *Schureck* serre nunquam sua destituitur linea, nisi in unico illo casu vbi signum literae ו signum Vocalis longae u sequi debet, tunc enim solum saepius punctum *diancriticov* huic adhaeret. e. g. וַיְצִיר, וַיְבִין, וַיְמֹשֵׁב, וַיְפַרֵּת, וַיְבַהֵּן, וַיְפַרְּתָה

SCHOL. 1. Sic interdum diuellitur a suo, quod longum perficit, punto praesertim in illis casibus, vbi facillimum est defectum huncce agnoscere. e. g. וַיְצִיר, pro וַיְצִיר, יְאָכֶל, יְלִדְתָּנִי, נְתַגְּנָה

SCHOL. 2. De punctis Diacriticis τָּg ש non dum est dicendi locus, neque de diphthongis, num Hebraei tales agnoscant, an minus.

SCHOL. 3. Posset omnino quaestio illa hic ventilari, num literae אֲחֹוֹ, quibus quidam adiungunt ו. Vocalium vices olim sustinuerint? quid de matribus quas vocant, lectio- nis sit statuendum, sed haec nostris reserua- mus paelectionibus.

SECT. II.



## S E C T. II.

DE CONSONANTIBVS  
SEV LITERIS,

## §. 29.

Sonos oris elegerunt homines, ut sua signa. *Ortus* ficient cogitata (§. 7. Prol.), Objecta, quo- Consonarum rum mens continuo sibi fit conscientia, seu quae naturalis, cogitat, omnem fere numerum superant, tot modis differunt, tanta eorum est copia. Di- versæ ut diuersis indigentur signis, ratio do- cet. Formanda igitur innumera sonorum oris multitudo fuit, quando suum cūlibet rei con- stare debuit signum. Praesto sunt soni, quos Vocales nominauimus. Vix centum tamen ideis sufficerent, quoçunque demum modo eas compositas disponas. Hinc, ut de aliis solliciti essent sonis, ipsa rerum grauitas po- stulauit. Parem infinitis objectis sonorum nu- merum recipere haud difficile fuit, vbi modo Vocalium sonos accommodarent diuersis in di- uersas oris partes actionibus, ita, ut pro diuer- sis oris partibus, quas illae actiones potissimum afficerent; 2) pro ipsis diuersis in quamlibet oris partem seu organon loquacæ actionibus diuersi fermentur soni, qui inter se et cum vocalibus, sine quibus audiri nequeunt (§. 11. Prol.), vario modo dispositi, tantam sonorum differentiam ponere possunt, ut omnibus facile sufficient obiecti cogitationibus. Hic est ortus Consonarum,

## §. 30.

**Quid  
Consona?**

Partes oris, quae ad voces formandas aptae sunt, dicuntur organa loquela (§. 10. Prol.). Quodsi Vocalis per certas actiones in organa loquela modificantur, sonus prodit, quem CONSONANTEM appellant.

## §. 31.

**Quaenam  
inde pugna  
inutilis.**

Hinc *de lana caprina pugnant*, qui de eo, num litera seu Consona sine Vocali pronunciari possit? disputant (§. praec.).

## §. 32.

**Organa lo-  
quelae  
et actiones  
in ea  
necessaria.**

Sine organis loquela nulla Consonans formari potest (§. 30.); *Organa* igitur *loquela* et *actiones in illa NECESSARIO* requiruntur ad eas exprimendas.

## §. 33.

**Quot dantur  
Consonarum  
species.**

*Quot diuersa dantur organa loquela*, a tot diuersis poterunt formari Consonae, *tot diuersae harum dantur species* (§. praec. et 30.). At quinque earum dantur (per exper.); *quinque* igitur *Consonarum species numeramus*. Ea simul Consonarum distinctio, qua ad diuersa organa loquela referuntur, est maxime naturalis (§. 30.), adeoque perfectissima.

## §. 34.

**Quomodo  
definiuntur.**

Labia, dentes, lingua, palatum et guttura haec comprehendunt loquela organa, adeoque Consonae vel sunt *labiales*, i. e. tales, ad quarum formationem labiorum PRAEPRIMIS actio-



actiones requiruntur: vel *Dentales*, *Linguaes*, *Palatinae* et *Gutturales*, quarum ideae ex illa de labialibus literis declarari possunt.

SCHOL. Quis est, qui neget, quod actiones omnium fere organorum loquelae ad quamlibet literam formandam concurrant: Hinc *vbi* literam ad organon quoddam speciatim referimus, tunc ad gradum illius actionis, quae in hoc organo fortior est, quam in reliquis *enice* respicitur. Lingua enim ad omnia literarum genera aliquid confert,

### §. 35.

*Literae vnius organi* sunt, quae ad sui formationem idem praesertim organon afficiunt, *Quid literae unius et diuersi organi?*

SCHOL. Eadem numero litera bis simul sine quodam intercedenti sono plane formari nequit, quum ea, quae applicatur actio, vni tantum Consonae semel pronunciatae adscribitur, maiori licet nisu et fortiori sono prolatae. Hinc vbi eadem numero litera bis distincte pronunciari debet, tunc inter eas Vocalem semper quaeras; id non curo, num casus hic ante Vocalem, num post Vocalem sit, in utrisque enim eadem obtinet ratio, e. g. *mmu, ppa, amm*. Sall *soll.* לְלִי, שְׁשִׁי in hisce semel tantum litera percipitur, et vbi scriptio sonis mere conformanda est, tunc minus οερογαθως haec ita scribuntur (§. 37. 38. Prol.).

Linguam Hebraeam ex hac parte in sua scriptione ostendere perfectionem infra in doctrina de Dagesch forti demonstrabimus. Non multum abhinc abludit, quando sub iisdem circumstantiis literae vnius organi concurrunt pronunciandae, inter illas, praecipue quando in eodem organo proximae sunt, Vocalis, si

D 2

nulla

monitum

Num	vnica litera
bis simul	cum
vnica vocali	pronunciari
poslit.	



nulla adsit, poni solet, quod scriptio non raro  
imitatur. e. g. pro **וּבִין וּמְלָה**, **וּבִין**  
Qualis vero, num breuis vel longa, et quae-  
nam ex illis eligatur, ex natura literarum aliis.  
que facile detegitur. De quibus suo loco plura.

## §. 36.

Vnde  
variae vnius  
organii  
literae.

Non organa loquelae tantum, sed actiones  
in ea, per quas sonus protruditur, Consonan-  
tem efficiunt (§. 32.). Hinc *variae vnius or-  
ganii literae ex diuersis in idem organon actio-  
nibus concipiuntur*, quae non differentiam mo-  
do vnius organi literarum, sed ordinem simul,  
qui inter illas seruandus sit, determinant.

## §. 37.

Quinam  
ordo  
inter literas  
vnius organi  
maxime  
naturalis.

Actiones, quibus protruditur sonus, vel le-  
ui admodum opera, vel paulo grauiori, vel  
insigni et maxima fiunt: adeoque *sonus Vo-  
calis connecti potest, aut cum leuiori in organon  
quoddam loquelae actione, aut cum paulo dis-  
ficiliiori, ad difficillimam usque*. Quo leuior  
ad sonum formandum actio applicatur, eo de-  
biliar Consona, quo difficilior, eo fortior.  
Quumque in fortiori debilius semper includa-  
tur, *ordo naturalis* in collocandis vnius orga-  
ni literis postulat, ut illae *Consonantes*, quae  
ad sui formationem debilem actionem in orga-  
non loquelae requirunt, priores ponantur illis,  
quae fortiorum.

## §. 38.

Ipsa  
Organia  
ad facilitatem

Non omnium porro organorum loquelae  
eadem est ratio. Quaevis in uno organo  
actio-



actiones ad sonos formandos tantam difficultatem secum habere coniunctam possunt, quam nullus in reliquis organis sonus poscit: adeoque et ratione ipsorum organorum facilitas et difficultas in quarundam literarum pronunciatione concipitur. Ex situ vero organorum vtrumque hoc decidi poterit. *Quo magis*, nimirum organon a labiis distat, eo magis crescit actio, eo difficiliores generatim illius organi literae sunt pronunciandae; quo proximus vero labiis organon, eo facilior pronunciatio. Non igitur mireris, cur literae gutturales dicantur pronunciatur difficiliores omnibus reliquis cuiusvis organi literis.

et  
difficultatem  
literae suum  
conferunt.

SCHOL. 1. Duplex igitur et facilitas et difficultas in unius literae pronunciatione concurrens potest; altera ex debiliore vel fortiori actione, altera ex faciliori difficultiore organo. *Quo magis* nimirum litera inter primas priorum organorum referri potest, eo facilior eiusdem pronunciatione; *quo magis* vero vel ad ultimas in quolibet organo vel ad remota a labiis organa pertinet litera, eo difficultior eius est pronunciatione. Secundum haecce principia prima labialis erit facillima, et ultima gutturalis difficillima.

Duplex  
unius literae  
datur facilitas  
et difficultas.

SCHOL. 2. Poterit adhuc alia respectu unius litterae pronunciatione differentia assumiri. *Quaedam* illarum modo cum aspiratione modo sine ea efferre non contradicit, quas proinde literas aspiratas vocant; quumque unius tantum litterae varia atque aucta haec sit pronunciatione, ita et in scriptione non diuersa literarum aspiratarum signa sunt exhibenda, quando scilicet aspirationem retinere et quando amittere debeant; sed unius eidemque signo quaedam modo

De aspiratis  
et non  
aspiratis  
literis.



nota adiiciatur, quae signo literae aspiratae addita, vel aspirationem ei concedendam, vel denegandam indicet. Quia de materia pluribus in Doctrina de Dagesch Leni Sufficiet iam, ubi punctum imprimendum dicimus signo literae, quando eiusdem aspirationem tollendam indicare velimus,

### §. 39.

Quaenam  
circa literas si-  
mul sunt  
exhibenda.

Optimum illud filum sequemur in colloca-  
dis literis ratione organorum, et ratione actionum in quolibet organo. At vero Hebraeum docentes linguam, datae methodi recordamur, qua 1) *sonum*, 2) *signa*, 3) *horum nomina* coniungemus. Scriptionem accommodari adequate sonis debere in Prol. euicimus; hinc signa sequentur ordinem de ipsis Consonantibus iam indicatum.

### §. 40.

Quaenam  
labiales.

Labia primam complectuntur oris partem, quapropter primum erit loquelae organon. Literae, quae ad sui formationem labiorum *praesertim actiones* requirunt, vocantur *labiales*. Actio simplex et leuissima fit per leviorrem labiorum compressionem, sonus, qui prodit lenissimus

Sonus	Signum soni,	Nomen signi,
Germ. <i>W.</i> Gall.	1	<i>Vau, Wau,</i>
V.		<i>וֹ</i>

bh, alias f.	<i>בּ, בְּ</i>	Beth
--------------	----------------	------

b sine h,	<i>בּ</i>	Mem
-----------	-----------	-----

m	<i>מּ</i>	
---	-----------	--

ph	<i>פּ</i>	Pe
----	-----------	----

p sine h	<i>פּ</i>	
----------	-----------	--

Haec-



Haecce signa memoriae seorsim tradere, difficile omnino foret, quando vero ad vnam contrahantur vocem, facilius retineri possunt. Tale nomen, quod menti reducit alias res, vocatur *memoriale*: cuius generis ad labiales significandas elegerunt hoc, בּוּמְפָ, rectius וּבּוּמְפָ. Nomen memoriale.

§. 41.

Labia excipiunt dentes. Literae ad quārum formationē actio PRAEPRIMIS dentium necessaria est, dicuntur *Dentales*: quārum signa a lenissimo ad fortissimum sunt haec

Sonus	Signum soni	Nomen signi
s blaesum	ſ	Sain, vel Zai. conf.
ita vt extremum		Wolfii B.H. P. II.
linguae ad extre- ma dentium allidat		p. 649.
σ Graecorum, s Latinorum	σ	Samech
tſ, Z	غ	Tſade
ſch	ש	Schin.
sh	ׁש	Shin.

Nomen  
memoriae.

§. 41.

## Quaenam dentalcs.

¶ nullum hic concedimus locum, quum apud  
Hebraeos inter Gutturales magis quam Den-  
tales referendum sit, quo de infra. Nomen  
memoriale est שׁבֵּת.

§. 42.

Progedimur ad tertium loquela organon, **Quaenam**  
**Linguam.** Literae per eius **POTISSIMUM** linguales.  
actiones formandae, hocce sequuntur ordine

D 4 So-



Sonus	Signum	Nomen signi
idem fere cum pri- mae dentalis sono, modo cum aspira- tione seu sibilo : mo- do sine eo,	נָ	Daleth.
germ. ð	טָ	Teth.
l	לָ	Lamed.
n	כָּ	Nun.
t latinorum ante i et vocali tio.	תָּ	
t, vt ante vnam vo- calem tal.	תַּ	Tau.
Mnemosynon est	רְטָלָנָה	

## §. 43.

Quaenam  
palatinæ.

Literæ, quæ in sua formatione palatum  
PRAE ALIIS afficiunt, audiunt *Palatinæ*,  
quales sunt

Sonus	Signum	Nomen signi
j latin.	יָ	Iod.
gh, vt in gero g sine h, vt in ga.	גָּ	Gimel.
ch, s. χ Gr. lat. c, ante a cano	כָּ	Caph.
germ. ß.	פָּ	Kuph,
Nomen memoriale פִּנְגָּן minus adaequatum, rectius פִּגְגָּן.		

## §. 44



## §. 44.

Vltimum tandem idque difficillimum sequitur loquelae organon, guttur scil., cuius POTISSIMUM actiones producunt literas Gutturales, quae ita se excipiunt:

Sonus	Signum	Nomen signi
Spiritus lenis Graec.	א	Aleph
Spiritus asper , h Rom.	ה	He.
chh vitiosum, germanorum, vti Heluetii illud pronunciant.	ח	Hheth.
R vitiosum germ.	ר	Resch.
Sola, si possit, viva voce demonstrabilis.	ש	Ain.
Nomen memoriale	אַחֲרָעַ	

Quaenam  
Gutturales.

## §. 45.

Eandem doctrinarum seriem sumus retentus ex phi-  
turi, quam circa Vocalium examen inchoauimus.

Varia ex ph-  
lologia spe-  
ctantia

Ordinem literarum pro diuersis organis, tanquam naturae Consonantium accommodatum, quicquid alii demum statuant, vindicamus.

1) Ordinem  
literarum  
ab organis  
petitum.

Origo signorum literarum Hebraearum an-  
tiquissima, Vener. Loescheri l. c. L. II. c. I. 2) Originem  
signorum li-  
terarum.

D 5

§. XVIII.



§. XVIII. defenditur, vide alias a *Wolfio B. H.*  
P. II. p. 623. allegatos.

Num  
quadrata  
signorum lite-  
rarum  
figura semper  
extiterit?

Quod ad ipsa generatim literarum signa,  
quae exteriori sua figura exhibuimus, spectat,  
haud temere quaestio de illis mouetur: *An  
illam, qua nunc existant, in scriptione He-  
braea, formam, ab incunabulis habuerint? aut  
an in Samaritanorum scriptione corundem ve-  
ra existet figurae?* Prolixum admodum esset,  
vbi totam hancce controuersiam et paucis tan-  
tum repetere vellemus. Ablegamus huius  
rei cupidos *ad Vener. Loescherum*, qui *in Cau-  
sis L. H. L. II. c. I.* hancce pluribus materiam  
explicat. Eorum, qui pro Samaritanorum li-  
teris pugnant, argumenta expenduntur et  
discutiuntur a §. I. ad X. vsque. Haud minor  
tamen est numerus eorum, qui pro ea, quae  
hodierna Hebraeorum est scriptio, militant,  
quos lege sis §. XI. seqq. Ipse suam, Vir in  
philologicis facile princeps, sententiam §. XI.  
exponit, quam tamen ex collatione cum §§.  
XIX. et XX. seqq. supplere poteris, atque com-  
pletam recte comprehendere. Tritum satis  
dictum illud est: quo rudius sine affectato ni-  
tore est Alphabetum, eo magis antiquitatem  
prodit. Licet suum omnino huic regulae sta-  
tuendum sit pretium, quae amplissimam vndi-  
que monstrat experientiam: neque tamen li-  
mato semper iudicio applicatur, quum alias  
adulterata literarum pictura, per acceleratam in-  
scribendo negligentiam nata, inter antiquissi-  
mam haud raro scripturam referri mereatur.

Qua-



Quapropter, quum ob vagos sibique minus constantes literarum Samaritanarum ductus, haud certum vbique sit, quodnam literae signum indigitetur: ideo, ne terminorum in facro codice contentorum certitudine aliquid detrahamus, hanc fouemus cum aliis sententiis: *Quadratam*, quam vocant, licet *pau-lulum variatam neque tanto accuratiori studio exaratam*, literarum *Hebraearum formam a primis elementis scripturae simul extitisse cum illa altera negligentiori scriptura, Samaritanis adscripta*; quae sola inter scribendum et festinatione et oscitantia vulgi prognata est. Hinc magni momenti scripta non hac sed quadrata illa esse exarata. conf. Neumannii Genesin L. S. p. 35. qui quadratam illam literarum figuram ex *Ι*, Iota illo et *υεραι*, descendenter venuste, sed, ni fallor, paulo coacte in tabulis l. c. p. 31. et in Clavi domus Heber P. II. p. 146 exhibuit. Plures vbi desideras, qui de figuris literarum Hebraicarum egerunt. vid. B. Wolfi Bibl. Hebr. P. H. p. 623. Tantum de figura. Altera se nunc sponte offert, quaestio: *Num soni singulis literarum signis adscripti sint adaequati?* Difficillima haec sine signis adscripti dubio esset probatio, hinc breui nos explicare fas erit: *Iudei hodierni non minus, quam Christianis Philologi celeberrimi antiquam illam signorum literarum pronunciationem maximam partem ignorant*, quod vel saniores ipsi fatentur, ex Iudeis Ephodeus in sua Grammatica c. 5. fol. 35. 2. e Christianis fere omnes, Bux-

Nostra  
sententia.

*Num soni  
sint adaequati?*

*Difficillima haec sine signis adscripti  
sunt adaequati?*

*satis sint  
accommadati?*

tor-



torius, Altingius, Neumannus, Loescherus, etc. Dein *vbi et illa satis esset cognita, vivā tunc voce clarius percipi, quam signis sonorum ex aliis linguis ad illos notandos desumtorum analogis ADAEQVATE exprimi potest*: nam nullius omnino linguae tanta in accurate, distincteque pronunciandi literis curā vñquam habita est, quanta in Hebraeis eloquendis fuit in minimis negotiosae Iudeorum genti. *Suf- ficit, vbi significatui per illum adscriptum ni- bil detrabitur, neque contradic̄toria associata sit pronunciatio.* conf. Loescher l. c. L. II. c. L. §. XXXVIII. seqq. Haec generatim de pronunciatione signorum literarum, *quātenus eam lingua rite formanda postulat, non quatenus a vulgo aut diuersis nationibus applicari solet.*

Qui  
de nominibus  
signorum  
literarum a-  
gunt.

De nominibus horum signorum Aben Esra in Tzachut, Buxtorfus in Tract. de Punctorum Vocalium origine, antiquitate P. I. p. 194. quaedam proferunt. Neumannus de literarum Hebraicarum significatione, appellatione, figura et sono agit, parte priori Clav. Domus Heber et Ven. Loescherus l. c. L. II. c. II. §. VI. seqq.

### §. 46.

Speciales circa  
cuiusvis orga-  
ni literas ob-  
seruationes.  
i) de ꝑ, quod retur ꝑ, id quod solidis omnino rationibus  
prima labialis  
literae  
signum esse  
debeat.

Cuiuslibet nunc organi signa literarum, quae aliqua scilicet indigent obseruatione, magis illustremus. Inter labiales primum locum me-  
tus, quod retur ꝑ, id quod solidis omnino rationibus confirmare haud alienum putamus. Sonum ꝓ, quem huic signo adscriptissimus, in labiis esse lenissimum nemo negabit; sola enim cum omni-



omnibus reliquis eiusdem organi literis comparatio euictum hoc probatumue dabit. Soni naturam sequitur signum (§. 35. seq. Prol.), hinc 1 primum erit literae labialis signum (§. 37. 39.). Quod vero sonus **B** huic signo sit nativus, per id conuincor, quod 1 inter literas quiescentes numerari debeat. Hanc vero fundamentum vel vnicē in lenissimo sono literae, eiusque adeo proximiori conuentia cum hac vel illa Vocali poni debet; ita scilicet, ut suum vix diuersum sonum, qui ei, ut Consonae, tanquam diuersi aliquid a Vocali, omni iure competit, ante Vocalem edat perceptibilem; quo loco tamen quaelibet litera per rei naturam fortius pronunciari adeoque et diuersum suum sonum prodere potest; multo minus, quando post Vocalem simul efferrī debet, id quod necessarium est literae quiescentis requisitum. Hinc quicquid antea fuerit debilioris soni diuersi, perit, sono Vocalis tantum protracto, de quibus tamen suo loco plura. Si igitur 1 inter literas quiescentes referri debeat, quin litera lenissimae pronunciationis et prima labialis sit (§. 37.), dubitari nequit, aut, cum Rev. Loeschero illam plane non labiale dixeris. Possemus huic demonstrationi ad ea maiorem confirmationem addere alteram per indirectum, vbi ex hac propositione: **D** est prima labialis, quam sequi debet 1, contradictoria concluderemus e. g. cur non **D** potius quam 1 inter literas posuerint quiescentes, quum ratio earum tunc

ma-



magis in **W** quam **V** conficiatur. At instituti ratio prolixiorum vetat declarationem. Altingius in fundamentis punctuationis Linguae Sanctae p. 44. ex alio fundamento signum literae **V** dubium relinquit, num sonus **W**, quem Arabes, Angli, Germani, Belgi ei adscribunt, an sonus **V** vel **F** ei competit, si illud, tunc diphthongum exprimere posse contendit, si hoc, tunc nullum, quo de inferius. Cel. vero *Michælis Grammat.* Hebr. p. 3. Sonum **W**  $\tau\ddot{\omega}$   $\text{V}$  associat: *Helmontius* in Alphabeto naturae, colloquio sexto p. m. 67. medium inter **F** et **W**. Quae circa literas aspiratas et non aspiratas hoc loco possint moneri, supra §. 38. Schol. praeoccupauimus, in doctrina de Dagesch leni pluribus confirmanda. Nulla peculiaria circa reliqua huius organi literarum signa occurrere videntur.

### §. 47.

Quod inter dentales **V** omiserimus, de eo inter gutturales literas fiet mentio. Figura **W** per duplex diuerso tantum loco appositum punctum variatam paululum pronunciationem recipit. Ad apicem literae dextrorum sch, ad apicem eius sinistrum Sh. Cognitum non minus est, quod Cholem nudo punto ad apicem sequentis literae posito, exprimi possit (§. 28.). Quodsi igitur  $\tau\ddot{\omega}$  Cholem sequitur **W**, tunc vel integra eius figura est exhibenda, vel punctum diacriticon  $\tau\ddot{\omega}$  Schin et Sin, tam efficium suum ordinarium, quam ipsum Vocalis longae signum indicare debet. Postremum

Circa **W**,  
eiisque pun-  
ctis  
diacriticis.

Non confun-  
dendis  
cum Cholem.



mum frequentius occurrit, e. g. שָׁנָה, מִשְׁהָ, sone פִּישָׁה po-sek שְׁחַר Schohhad nec magna laborat difficultate, veram ubique lectionem indagare, quum cognita vtcunque Hebraeorum scribendi ratione, non diu haerebimus circa illorum punctorum significatum. Regulas a Grammaticis suppeditatas faciliori demonstrare possemus negotio, quas tamen nude compendii ergo exhibebimus.

- 1) Dextrum Punctum τְּ Shin, שָׁ quando praecedens literae signum: et punctum τְּ Shin שָׁ, quando ipsum שָׁ omnia alia Vocali vel eius nota priuatiua, Schua scil. deſtituitur, Cholem simul significat.
- 2) Quando שָׁ duobus simul punctis coronatur, tunc alterutrum est punctum dia criticum, alterum Cholem, quod ex Consonae, proxime Cholem antecedentis conditione declaratur. Ita Altingius in fundam. Punct. L. S. p. 15.

Ex lingualibus notamus נָ, cuius eadem fere in omnibus linguis est natura; induit nimirum facile sequentis literae, ab initio syllabae constitutae, pronunciationem, ita, ut perinde sit, ac si illa litera bis adstet, e.g. pro commendare, conlegium, conradere, inlicitus, commendare, collegium, corradere, illicitus, pro נְתַתִּי, נְתַתְּתִּי, et compendii ergo, נְתַתִּי, נְתַתְּתִּי, pro יְנַפֵּל, יְנַפְּלִי, pronunciamus. Caeterum נָ esse nasalis literae signum ego non dixerim. Multa de

circa נָ



circa η

de litera, cuius signum est η in medium proferunt Grammatici, quod olim cum sibilo sit pronunciatum, cui vel alii adhuc sono aspirato non contradicimus. conf. *Danzium l.c. ad §. 2. not. 3. p. 12.* aliis id negantibus conf. *Neumann Clav. Domus Heber P. I. p. 124.*

circa η

Vicina haec lingualium et dentalium organa proximiorem simul monstrant conuenientiam, quam labiales et gutturales. Palatinorum dux per leniorem linguae ad palatum allisionem sonum suum edit. Vbi immediate ante Vocalis signum deprehenditur, effertur ut j ? ii. Vbi immediate post Vocalem, tunc post quasdam earum quoad sonum diversum fere insensibilis. e. g. ?, ij. Num principium omnium signorum literarum sit, de eo §. 45. pauca protulimus. conf. *Loescherum p. 214.*

## §. 48.

Circa  
Gutturales,

N et η

Descendimus ad literas, quae ex difficili-  
mo ortum trahunt organo; quarumue Gene-  
sis per totum fere nostrum systema sese diffun-  
dit. Generalem huius organi literarum natu-  
ram §. 38. enarrauimus; dolemus tantum,  
quod ex sublimioribus principiis earum sonos  
deriuare, nullus hic adsit locus. Perlustre-  
mus tamen a capite ad calcem signa vna cum  
sonis, τῶ N. adiecimus vice sui soni spiritum  
lenem Graecorum, τῶ η, spiritum asperum,  
in quo Altingii, Wasmuthi, Buxtorfi, Danzii  
aliorumque celeberrimorum Virorum pressi-  
mus vestigia. Haud imus inficias, singularem  
mul-



multoque difficultorem et hisce primis gutturalibus fuisse sonum, ob eam, quam ad leuandam earundem pronunciationem hisce signis addiderunt gutturis aperturam. Ignorantiam tamen interdum fateri plus gloriae refert, quam per nugas alios fallere. Literas gutturales omnes esse aspiratas, nemo forsan negabit; hinc eo ordine, quo una alteram in organo excipere debet (§. 37.), primae spiritum lenem, ultimae asperissimum adscribere non contradicit, quanquam non adaequatum per signum aliquod exprimere liceat sonum. Ex hisce series sonorum cuilibet constabit. Quae de ultima litera tanquam difficillima (§. 38. Schol. 2.), cuius signum **v**, peculiares Iudeis sunt obseruationes, quantam in clara eius pronunciatione diligentiam sacerdotes, benedictionis formulas efferentes, applicare debuerint. vid. *Danzium* aliasque l. c. p. 6. not. k. qui Rabbinorum sententias pro more suo summa collegit solertia. Turius interim est, sonum ex imo gutturis parte, quantum possumus, excitare, quam insulsum omnino per gn, aut ng ei adiungere. vid. *Danzium* l. c. p. 8. in fin. not. k.

Restat signum literae **נ**, quod an iusto titulo locum inter gutturalium signa apud *Hebraeos* occupet, multi haerebunt. Sincero meam depromere pectore sententiam licebit. Sine sufficienti ratione hunc ei locum non numerari concessi: proferam eas, licet multa nondum probata immiscere demonstrationi debeam.

*Kochii Gram. Hebr.*

E

Cui-

Quo iure **נ**  
inter signa  
gutturalium  
apud  
*Hebraeos*  
reatur?



*Argumenta.* Cuicunque literae signo omnia, quae signis  
gutturalium PRAE OMNIBVS RELIQVIS  
propriae sunt, competit, illi attributum pro-  
prium, per consequens ipsa essentia, adeo-  
que tota idea gutturalium, et nomen literarum  
gutturalis competit. Atqui τῶ η in LIN-  
GVA HEBRAEA omnia, quae signis gut-  
turalium praे reliquis propria sunt, compe-  
tunt: nam 1) praे reliquis vocalibus amat  
primam seu maximaе gutturis aperturae Voca-  
lem. Proprium hoc esse gutturalibus, dein  
ostendemus. 2) Vix admittit, ut bis immedia-  
te pronuncietur, adeoque vix signum η dup-  
pliciter immediate sese excipiet, nec Dagesch  
forte compendii ergo ordinarie η impressum  
perspicietur. Quod rursus ex idea guttura-  
lium fluit. 3) alternat pro aliis gutturalibus  
literis, hinc ut conueniat seu litera eiusdem  
organī sit, dein concludemus. 4) Schua com-  
positum, gutturalibus ordinarie proprium, sub  
η saepe conspicitur. Ex quibus argumentis  
una sumtis hanc sine dubio conclusionem for-  
mabimus, quod η inter signa literarum gut-  
turalium referri debeat. Alia externa argu-  
menta adhuc prostant; Graeci τῶ ε, si du-  
plicatur, imponunt alteri eorum signum spiri-  
tus lenis, alteri signum spiritus asperi. ἐόπηθη,  
πορρω. Caninam denique hancce antiquio-  
res literam vocarunt; Sonus vero canum, tor-  
rido vultu aggressum minitantium, solus non  
est stridor dentium, sed per agitatum neruo-  
rum gutturis motum, clausasque fere dentes  
pro-



protrusus sonus. Nec insuetum plane pronunciandi modum huncce de r dixeris, quum inter nos dentur, qui huius literae sonum per rhongum edunt, tametsi vitium ea indicat in lingua nostra vernacula pronunciatio. Haec omnia breui ita comprehendimus : *Hebraeorum linguae litera vel eius signum* ¶ MAXIMAM PARTEM gutturalis est, plenam tamen eius pronunciationem sine allistione ad dentes fieri non posse, lubentes largimur : hinc et pro gutturali impura habenda est, qua in consideratione gutturales שְׁמִינִי purae dicuntur, quibus non immerito quaedam adiudicanda sunt praerogatiua, e. g. gutturalibus motis (-) furtuum. Non diffitemur, quod plurimi inter Grammaticos nullum plane dubium hic moueant, sed ¶ extra omnem controvrsiam ad dentales numerant; quibus dein sat difficile est, anomalias omnes circa illam explicare literam. Alii ¶ et gutturales semper coniungunt vel pari passu ambulare, imo aemulum esse gutturalium, perhibent, quando similes plane regulas vtrinque valere perspiciunt, non tamen illam in numerum ponere gutturalium audent, nescio quid metuentes. *Helmontius* in Alphabeto naturae, Colloquio VI. p. m. 81. *Resch* est liquida, inquit, quae inter dentales, nescio quo iure numerari solet; potestas eius & canibus cum ringuntur, exprimitur.

## §. 49.

Commodum nunc ducimus locum, quo expensa et Vocalium et Consonantium natura,

E 2

pau-

Quaedam  
Consonae  
quasdam



prae aliis  
ament voca-  
les.

paucis mutuum Vocalium quarundam cum qui-  
busdam Consonis amorem explicemus. Quem-  
admodum animorum concordia solam fons  
amicitiam ; ita quo magis diuersa formatio  
Vocalis ab illa Consonae, eo laxius vinculum  
quo proximior vero vtrarumque formatio, eo  
arctior, eo frequentior nexus. De hoc igi-  
tur negotio, ut distincte loquamur, notandum  
est : *Quasunque Vocales quibuslibet literis ad-*  
*haerere, at vero quasdam deprehendi literas,*  
*quae has vel illas prae reliquis secum saepius*  
*coniunctas habent Vocales.* Fundamentum  
mutuae huius, liceat hoc termino uti, amici-  
tiae, sola est conformitas actionum, quam haec  
vel illa litera cum hac vel illa Vocali agnoscit.  
Nexum nunc neruorum unius organi loque-  
lae cum altero satis apposite possumus applicare.  
Literae gutturales ex eo, quo for-  
mantur in primis organo denominatae, deter-  
minant simul, quam secum ament Vo-  
calem, illam scilicet, per quam actio in for-  
mandis gutturali levatur, promouetur, aut sal-  
tim non difficilior redditur. Cluso vel in  
arctius contracto gutture actiones in hocce or-  
ganon quam maxime impediuntur, per aper-  
turam vero promouentur : hinc gutturales  
prae reliquis amant sonum a (§. 14.6.), adeoque  
אַחֲרָע (-) vel (-), quae tam ante illarum  
formationem quam in earam pronunciatione  
simul optime, quoad nimirum reliqua id con-  
cedent, adhibentur. e.g. יְמִצָּא pro מִצָּא  
וְשִׁמְרָה pro יְשִׁמָּר מִאָרֶב  
שְׁמֹעַ pro שְׁמֹעַ Quodsi



Quodsi vero sonus A diu continuari deberet, literis pluribus gutturalibus concurrentibus, tunc grata sonorum varietate, vt auribus indulgeant, vni non raro a substituunt e; Loco רָאַנְכִי אַחֲר, אַחֲר.

Lenissima labialis per debiliorum compressionem formatur (§. 46.). Quarta et quinta Vocalis per minimam gutturis aperturam determinantur, qua actione contrahuntur ob nexus omnium oris partium labia, adeoque et suavis huius literae harumque Vocalium adest conformitas, et 1 propterea 1 vel 2, vel impressum amat (§. 28.): Accedit vel ipsius figurae conuenientia, in qua tamen utramque differentia non est negligenda (§. 24. 40.).

Per medianam fere gutturis aperturam Vocalles e et i determinantur. Quodsi iam illos formes sonos, tunc extremis linguae ad palatum te paululum allidere obseruabis; licet non cum conatu sonum huncce protrudas. Per eundem autem sonum perficies literam, quae prima erit palatina, et cuius signum est 1 (§. 47.). Hinc secum coniuncta amat Vocalium signa (.) vel (..), (. vel .). Iam nullus dubito, quin probe intelligas ea, quae in superioribus ideae vocalis adiecimus verba, *connexarumque partium*. (§. 12. Prol.).

SCHOL. Nonnulli Philologorum celebratissimi, Vocalem a, seu signa eius (-) et (+), gutturalem e et i (..), (..), (.), (.), palatinas. O et u, 1 et 2, labiales vocant, quarum vera ex hisce constabit ratio, nec minus suam

Quasnam  
labialis 1

Quasnam  
Palatina 1

illa antiquioribus frequens regula meretur laudem; Vocales accommodari debent literis.

## §. 50.

Modus  
scribendi  
a dextra  
ad sinistram  
optimus.

Addimus modum, quo Hebrei vtuntur, vbi plura signa literarum cum earum Vocalibus in una serie coniungunt ad integras voces scribendas: is omnium optimus erit, qui ad signa accurate exaranda, aliasque vtilitates praestandas aptissimus est accommodatissimus que. Illum vero obtinere, quando a dextra ad sinistram tendimus, qui scribendi modus Hebreis est familiaris, multis fulcire praediis superuacaneum foret. STEPHANVS MORINVS de lingua primaeva Exercit. I. c. IV. p. 21. Inepte, nimirum a sinistra ad dextram, scribendo, inquit, retrogreditur manus nostra et ipse calamus sibi occultat locum, vbi litera est collocanda: Ebracis vero tota semper patet charta, cui literae inscribendae manent. Ipsius insuper facilius est, spatia cuius vocabulo necessaria metiri, ne vlla in fine diuidere cogantur, ut nobis accidit, quibus manus et calamus umbram faciunt, oculuntque partem paginarum posteriorem, vnde diuisa saepe vocabula in fine linearum nostrarum habentur, quod illis insuetum. Integrum huncce locum unicum aliis scribendi modos spectantibus in medium profert Vener. Loescherus p. 238. sq. Legi merentur quae apud Helmontium in Alphabeto naturae p. m. 91. 92. ex naturali oculorum acie hoc de negotio afferuntur.

## §. 51.



## §. 51.

Supersunt termini technici Hebraeo idiomate exprimendi, quibus vtuntur Grammatici Iudaeorum. 1) pronunciationem dicunt 2) Sonus, qui signis literarum adscribitur, vocatur כֹּחַ, e. g. בָּ, bh. 3) Literas, vbi Vocalibus opponerent, tanquam nuda corpora, quae a Vocalibus vitam, animam atque omnem spiritum recipieren, considerabant, hinc גוֹפָת literae vocabantur, quemadmodum sub initio statim עַזְבָּן Sohar legitur, גוֹפָא אֲתִיוֹן וּרוֹחָא נְקוּדִי corpus sunt literae, sed spiritus puncta scil. Vocalia sunt. Notissima literarum est denominatio, qua dicuntur אֲוֹתִיוֹת. 4) Organa loquelae, כָּלֵי הַמְבָטָא, quae sunt שְׁנִים, labia. שְׁנִים dentium geminata series. Lingua חִיךְ palatum et גְּרָגָרָה guttur, a quibus 5) literae labiales אֲוֹתִיוֹת הַשְּׁפָה vel in duali; literae labiales אֲוֹתִיוֹת הַשְּׁנִים vel in duali. Simili modo suis tantum terminis, linguaes, palatinae, gutturales, אֲוֹתִיוֹת גְּרוֹנוֹת. et ab aspiratione אֲוֹתִיוֹת הַנְּשֶׁמֶה. Imo, quia maxima linguae Hebraeae difficultas a literis gutturalibus pendet, ideo ab Hebreis dicuntur מְבָלְבָלִים, multae confusionis autores conf. Neumann. Clau. domus Heber P. II. p. 139. Scriptura quaelibet Hebraea כְּתָב עֲבָרִי

Termini  
technici.

כתב מרבע, Scriptura quadrata, it. כתב הקורש אשוריות, figurae literarum צורות אותיות. Specialiores figurarum determinationes legas in *Neumannii* loc. cit. p. 140. seq.

SCHOL. Doctrinam de alternatione literarum, quia literis vnius organi nititur, huic statim doctrinae subiungere iuuat.

### §. 52.

**Experientia.** Hebraei haud raro aliam literam ponunt in locum eius, quae hac in voce alias adesse folet (per exper.) e. g. סלה pro סלא, בְּנָאֵמֶר pro בְּנָאֵמֶר, הַתּו pro הַתּו, כִּנְמָה pro אַתְּזָה, מְסֻג pro מְסֻג, עַלְז pro עַלְז, et מְסֹבָה.

### §. 53.

Quid substituere? Vnum in locum alterius ponere, dicitur substituere. E. Hebraei vnam saepe literam alteri substituunt (§. praec.).

### §. 54.

Eadem et diuersa quid? Eadem sunt, quorum vnum alteri potest substitui, ita vt substitutio facta esse non appareat. Diuersa contraria sunt explicanda ratione.

### §. 55.

**Experientia.** Hebraei ob identitatem seu conuenientiam duarum literarum, vnam alteri saepe substituunt (per exper.).

### §. 56.

Quid alternare? Si substituitur vnum alteri ob identitatem, dici-



dicitur *alternare*. Hinc Hebraeorum literae saepe inter se alternant (§. praec.).

## §. 57.

Ab actu ad posse V. C. ergo Hebraeorum literae possunt inter se alternare.

Et alternare  
posse.

SCHOL. Haec viam pandunt ad id, vt 1) deducere queamus, quaenam literae possint inter se alternare, quaeue minus. 2) quaenam facile, quaeue difficulter.

## §. 58.

Quaecunque literae ob idenditatem possunt pro se inuicem substitui, illae possunt inter se alternare (§. 56.). Quaecunque vero agnoscunt idenditatem seu conuenientiam, illae propter hanc poterunt pro se inuicem substitui (§. 45.). ergo *Literae quae conueniunt inter se, illae, qua tales, possunt inter se inuicem alternare.*

Quaenam  
literae possint  
inter se  
alternare.

## §. 59.

Quo maior est conuenientia, seu quo plura ea sunt, in quibus sunt eadem, eo facilior et accommodatior est alternatio (§. 56.). Quo minor illa, seu quo pauciora ea sunt, in quibus eadem sunt, eo difficilior ac sublesta est alternatio.

Quaenam  
facile  
et quaenam  
difficulter.

## §. 60.

*Literae unius organi* inter se conueniunt, in eodem tertio enim conspirant (§. 35. et Canon. Logic.): Ergo poterunt inuicem alternare (§. 56.). Quae vero non quod ad idem solum organon, sed quod ad eandem

*Literae*  
*unius organi*  
facile  
inter se per-  
mutantur.

E 5

fere



fere actionem conueniunt, illae maiorem ostendunt conuenientiam: Hinc facilior eorum est alternatio (§. praec.). Quo proximiores in quolibet sese organo literae excipiunt; eo maior et in actionibus conuenientia (§. 37.). Ergo literarum in quolibet organo proximiorum alternatio facillima, adeoque frequentior, quam illarum, quae magis sunt distantes.

SCHOL. 1. Hanc regulam: Literae vnius organi facile inter se permutantur, Hebraei dicunt,  
**כל האותיות שמצווחה ממקום אחר מתחלפות**

R. Salomon ad Leuit. XIX. 16, et ex illo Buxtorf in Thesauro Grammat. p. 9.

SCHOL. 2. Imo diuersorum tam proximorum quam remotiorum organorum literae ob alia in quibus conueniunt, inter se quod ad eundem illum respectum alternare possunt. e. g. Quiescentes inter se, sibilantes inter se una nota focminini pro altera etc.

### §. 61.

#### Applicatio ad signa literarum.

Quaecunque de literis valent, ea ad signa literarum applicari poterunt: Hinc א et ה, ב et ת, ג et ח, ד et נ, ע et כ, ח et ר, ש et נ, צ et ע, ז et שׁ, ז et ס, צ et ז, ס et ח, ת et נ, נ et צ, שׁ et צ, ב et פ, ב et נ, פ et ב, ו et י, י et ה, ח et שׁ, שׁ et ח, ח et ת. inter se possunt alternare (§. praec.). Vnde radices cognatae plurimam partem oriuntur. e. g. **חתוב** et **חתוב**, **האמון** et **האמון**, **פיזר** et **פיזר**, **כנארט** et **כנארט**, **כנמיה** et **כנמיה**.

ועק



שור et סור . עַלְזׁ , עַלְזׁ , עַלְסׁ . זָקֵחׁ  
גָּלוֹעַ . פְּרֹעַה . פְּרֹעַה . pro  
גָּלוֹתָה . גָּלוֹתָה . גָּלוֹתָה . pro

## Num

SCHOL. Illi qui antiquitati Hebraeae linguae fauent, eamque matrem omnium reliquarum ducunt, eruere simul modum, quo ex ea tanquam primaeua reliquae omnes possint deriuari, studuerunt. *Qui ducant?* *dam instituta signorum literarum plurimis linguis propriarum comparatione conuenientiam Alphabetorum cum illa Hebraeorum ostendere conciliandi sunt;* ad hancce prouocat *Morinus Exercitat.* de Lingua primaeua P. II. p. 322. qui quatuor tantum Alphabeta inuicem comparat. Sed summe *Reu. Loescherus de Causis L. H.* p. 224. Tabulam Alphabetorum XVIII. exhibet, quod et alii praefiterunt, quos vide in *Wolfi Bibl. Hebr.* P. II. p. 633. seq. Insignis huius laboris alii minus cupidi, ortum reliquarum linguarum omnium ex Hebraea deducere ausi sunt, monstrando ipsam sotum conuenientiam. Quum autem contradicat, diuersas esse linguas et easdem plane voces cum Hebreis habentes, ideo, vbi regulas allegare generales haud absconum est, tales iam exhibebimus.

A lingua Hebraea tanquam matre vbi aliae diuersae linguae descendunt, hae vt diuersas ostendant voces dubium est nullum. Diuersi autem hi termini aut nullam plane conuenientiam cum iisdem illis terminis, quibus Hebraei ad hasce ideas significandas vtuntur, monstrant, aut aliqualem proximamque. Quocunque ex his eliges, id quandam testatur linguæ Hebraeae mutationem. Literae et Vocales sunt partes, quae vocem conficiunt totam. *Quemadmodum vero vel auferendo*

Regulae  
lingua-  
rum  
ex Hebraea  
spectantes.

*6nam*



Vnde  
catastrophe  
illa  
linguarum?

Enam alteramue partem, vel addendo Enam et plures, vel eas, quae iam adsunt, alia tantum ratione disponendo, diuersa prodeant composita: ita triplex in sociis RATIONE LITERARVM suscepta mutatio (vocales enim non attendantur) fundamentum omnium reliquarum ab Hebraea deriuandarum linguarum prabit. Nec diffitemur, feruidae imaginationis ac diuinioris ingenii opus hoc esse per quam annoenum, praesertim quum pluribus iamiam collectis facile aliquid addi poterit. Huncce sibi laborem illi elegerunt, quibus Lexica harmonica conscribere placuit, qualia Hottingerus, Schindlerus, Castellus, Nicolai, Thomassinus in Glossario vniuersali; Ioh. Auenerius in lexico suo Hebraico, qui modum in praemissa operi praefatione indicat, quo in eruendis eiusmodi originibus versari liceat. conf. Wolsii Bibl. Hebr. P. II. p. 635. 636. sqq. plurimorum ibi Philologorum hoc in negotio operas perspicis incredibili studio exhibitas. Ast intricatissima restat quaestio. Per quamnam *καταστροφὴν* haec linguarum a sua matre differentia orta sit? Num a confusione Babylonica per miraculum tot diuersi dialecti, an ex aliis deriuandi rerum discriminibus sint? Multis multa arriserunt. Actum ageremus, vbi hac in controuersia essemus prolixiores, sua vtrinque dignitate splendent argumenta, quum sapientia in naturali moderando ordine aequa conspicua sit, quam summa potentia in edendis miraculis per illam directa. De ea Morinus de L. primaeua: Vener. Loescherus l.c. L. I. c. I. multique alii, ac inter eos nominis gloria insignis Exegeta Campeg. Vitringa in obseruat. S. L. I. c. I. Quum nostra literarum suppeditata alternatio non minimum ad conciliandas diuersas linguas cum Hebraea conferat, ideo extra oleas vix vagas.



vagati reputabimur, haec, quanta fieri potuit  
breuitate, explicantes.

## §. 26.

Nullam literam actu pro altera alter- Vnde rationes  
ñare posse censemus sine ratione, quum actualis  
absque suis principiis nulla vñquam res existe- alternationis  
re potuit. Haec in aliquo, quod huic literae petendae.  
prae alia peculiare est, quodue ad basce pree-  
fertim circumstantias quadrat, quaerenda.

SCHOL. Difficillimus certe labor erit, ob igno-  
tas haud raro subiectivas rationes, ac, vti phi-  
losophi loquuntur, determinaciones seu cir-  
cumstantias individuantes omni loco determi-  
nare, scilicet cur haec litera alteri sit substi-  
tuta: Interdum tamen absurdum demonstra-  
re possumus, vbi alternationem quandam ap-  
plicare velimus: quo casu nullam actu factam  
substitutionem credimus, licet illa in se con-  
siderata locum habere posset. Sic non sub-  
scribimus illis, qui נ pro נ alternare in voce  
statuunt. אַבְרָהָם

Labor  
difficillimus.

## §. 63.

Ordinem literarum earumque signorum me-  
re naturalem hucusque perlustrauimus (§. 33.  
seqq.): sed longe aliis primis statim lineis in  
plerisque Grammaticorum scriptis deprehen-  
ditur, hac scilicet serie:

Ordo litera-  
rum  
Grammaticis  
frequens.

א ב נ ר ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ש ת

Hanc, inquam, seriem multiplices ob causas  
Grammatici receperunt, nec nos illam vilipen-  
dimus, sed ob peculiarem literarum hoc or-  
dine dispositarum valorem in numerando lu-  
ben-



**Argumenta  
corum.**

1)

benter consideramus. Palinaria eorum argumenta duobus, quae principatum facile tueruntur, absoluuntur. Primum praestantissimi inter eos, *Loescherus* l.c. p. 254. ponunt in eo, *quod elegantiorem ordinem ne curatissimi quidem Grammaticorum labores inuenire potu-*  
*rint, quam hunc ipsum, quem natura exerto*  
*quasi digito doceret.* Qua de re series literarum instructa quasi acie dispositas, exhibent, quales *Ven. Loescherus* l.c., addito naturali cuiusvis seriei ordine. *Neumannus* Clau. domus Heber p. 156. *hunc ordinem*, affirmat, *non obiter factum, sed notatu et admiratione dignum*, qui in alias iterum classes signa literarum distribuit. Tantorum virorum per insignia merita partas laudes auctoritatemque digno non satis modo celebrare, multo minus illis aliquid detrahere auderem; At ingeniosissimum potius quam naturalis ordinis exemplar nominarem series a viris hisce constratas; contrarium enim in sonis nonnunquam manifeste claret. Alterum argumentum magno omnino nititur fundamento, *Dei* huncce appellare ordinem posse, quum diuina auctoritate sit sanctus, *Ven. Loescherus* omni iure confirmat. Exstant nimur loca sacrae scripturae, inter quae *Ps. CXIX.* et tertium *Threnorum caput* eminent, in quibus hacce serie in commatum initio sese excipiunt literae. Numerat praeterea *Vener. Loescherus* *XXVII. versiculos*, quos appellant, *Biblicos*, inter quos *Ezech. XXXVIII. 12.* princeps habetur. (M. Sopra)

2)



fora finalis et textualis ad Ezech. l. c. XXVI. tantum numerat), in quibus omnes Hebraeorum literae simul occurunt. Num vero literarum series idcirco magis naturalis vocari possit, alii iudicent. Magni tamen nostra interest, ut signa literarum in hacce serie contemplemur: *numeros enim calculosque Hebraei per signa litterarum ducunt, atque cuiuis in hocce ordine posito peculiarem in numerando valorem attribuunt.* Artem vero numerandi Hebraeorum per literas callere, tantam in euoluendis Codicibus, Concordantiis, ac Rabbinis praestat utilitatem, ut Philologiae leuiter tincto dedecori sit, eam ignorare. Eam nunc prosequeremur, nisi alia methodi ergo doctrina praemittenda foret. Literis, vel potius signis literarum finalibus singularem in numerando Hebrei tribuunt valorem: hinc antea de signis literarum finalibus sumus actiui. Ea autem referri debent inter species signorum literarum variatorum: adeoque 1) *de signis literarum variatis in genere*, 2) *de vtrisque speciebus earundem finalibus et dilatabilibus necessaria praemitemus.*

## §. 64.

Quodsi ad signa literarum Hebraicarum attendimus: id deprehendimus, quod non eandem VBIQVE seu omni loco figuram seruent uniformem. e. g. נִצּוֹן, מִנְחָה, יְעֻפָּה, בְּסֶבֶת.

Ratio  
ob quam  
illum  
retinemus.

## §. 65.



## §. 65.

Quid  
signum literae  
variatum  
et invariatum.

Signa literarum, quae suam semper retinēnt figuram vnumformem, dicuntur *invariata*: quae minus, *variata*. Quaenam invariabilia, quaenam vero sint variabilia, per haec determinari potest.

## §. 66.

Dantur  
apud He-  
braeos.

Ergo *quaedam* literarum *Hebraicarum* signa sunt *variata*, *quaedam* *invariata* (§. praec. et 64.); adeoque et variabilia et invariabilia.

## §. 67.

Quo loco?

Hebrei non nisi in fine vocum, seu quando signa *quaedam* literarum ultima sunt in voce, mutationem suscipiunt (per exper.).

SCHOL. Vbicunque signum literae in voce ultimo vocaueris signum literae finalis, tunc omnia signa literarum *Hebraicarum* variata, sunt finalia; sed haec specialiori adhuc a Grammaticis significatu veniunt, quare hunc eruemus.

## §. 68.

Rationes  
ob quas in fine literae signo communi usu mutationem susci-  
signa  
literarum va-  
riantur.

Quaecunque ratio est, ob quam in ultimo signo literarum variantur. illa quoque ratio est, ob quam Hebrei signa literarum variata exhibent (§. praec. et schol.). A. aut compendium in scribendo seu per maiorem scribendi celeritatem in nos redundans commodum, aut spatium lineae exemplum sunt rationes illae, ob quas in ultimo signo literae quandam suscipimus mutationem (per



(per exper.). Hinc signa literarum Hebraicarum variata sunt vel ad commodam celeioremque scriptionem, vel ad spatum lineae explendum formata.

### §. 69.

Dum mirandam ac stupendam Iudeorum curam circa caste integreque conseruandum sacrum codicem noueris, haud aliena tibi erit haec experientia: *Spatium in linea, qua scribunt, vacuum relinquunt nullum, nec vocem scriptam diuidunt, ut scilicet altera eiusdem pars sit in fine praecedentis, altera ab initio sequentis lineae.*

### §. 70.

Spatium lineae est explendum, neque tamen vox diuidenda (§. praec.) ; signa autem, per respectu signo-  
quae integra vox exprimi deberet, non sem- rum  
per ita sunt accommodata, vt vtrumque simul variatorum  
vbiique praestent perfectionem: Hinc *vbi*  
*vtrumque conseruare seria tua mens est, ultimum* *saepe vocis signum in latum proferre debes.* Hebraeis igitur necessario quaedam literarum signa fuerunt protrahenda, quo quidem negotio signa literarum variata prodeunt (§. 65.).

### §. 71.

Signa literarum ad commodam scriptionem variata, dicuntur *finalia speciatim*: Ea vero ad spatum lineae explendum variata, audiunt dilatata.

Quid  
finalia et dilata-  
literarum  
signa.

Kochii Gram. Hebr.

F SCHOL,



SCHOL. Vtrarumque denominationum rationes ex praecedentibus liquent. Ex hisce nunc ideis deducemus. 1.) Num omnia signa literarum sint finalia et dilatabilia, atque, si hoc non obtinet, cur haec potius quam alia sint finalia et dilatabilia? 2) quo modo signa literarum variari debeant.

## §. 72.

Quaenam In quibusunque literarum signis per aliam  
sint signa finalia. scriptionem commodum nobis paramus, illa  
lia. poterunt fieri signa finalia (§. praec.). A. in  
illis, quae ad suam formationem basin quan-  
dam inferiorem poscunt ducendam, hanc ne-  
gligendo commodum in scribendo recipimus  
(per exper.). Hinc signa literarum, quae  
nullam basin inferiorem ordinarie agnoscent,  
non poterunt fieri signa finalia: quapropter  
sola signa בְּכָמָנֶפֶץ nomen illud merentur.

## §. 73.

Modus, Neque minus simul modus patet, quo haec-  
quo literarum signa scribi debeant, quando in  
scribantur. fine vocis occurront, negligenda scilicet ei-  
basis seu lineola transuersa, producendo tan-  
tum rectam, hac forma:

א, ב, ג, ד, ה, ו

## §. 74.

Non ב sed ב Haec signa perlustraturus, statim duorum  
est signum priorum figuram videbit viiformem, quin  
literae finalis. signa tamen variata esse debeant (§. 71. 65.);  
adhaec confusio haud minima erit metuenda,  
quae ob diuersum terminorum dein significa-  
tum



tum nulla concedi ratione potest. Quapropter aut differentia constituatur, aut alterum non inter signa finalia numeretur, necesse est: ac ubi ultimum obtinet, id, in quo maior est ratio signi finalis, retinendum, altero omisso. Differentia vix poterit assumi, quia alias commodum in scribendo, tanquam primaria signorum finalium ratio, cessaret. Ergo licet utraque signa possint esse finalia (§. praec.) : unum tamen ex illis alteri preferri debet, prout ratio finalis literae vni magis competit, quam alteri. Sed ⚡ frequentius occurrit in fine, quam ⚡, hoc enim in fine literam tantum radicalem significat (per inferius dicenda), illud vero tam radicalem, quam seruilem. Ergo dum ⚡ saepius in fine scribendum est, maius hinc commodum resultat, maior finalis literae ratio adest; ⚡ merito negligitur, ⚡ signo finali constituto. Ut eo melius memoriae mandari possint, nomen memoriale est קמונפּוֹן.

SCHOL. Origo huius variationis figurarum ob antiquitatem veneranda est, inquit *Danzius Literat.* §. 4. p. 23. Per antiquum hoc institutum esse, confirmat *Ven. Loescherus* p. 237. Iudei ad Mosen usque ascendunt, quum prophetae eam minus suscipere mutationem posse crediderunt, nisi ipse eam Moses antea fecisset. vid. loca ex *Talmude Babylonico*, aliisque scriptoribus Mischnicis, a viris hisce, praesertim *Danzio* allegatis, quibus addas *Wolf.* l.c. p. 626.

Haec de finalibus, nunc de dilatabilibus.

## §. 75.

Multa signa li-  
terarum  
possunt esse  
dilatabilia.

Quaecunque signa literarum pro arbitrii possunt proferri, illa omnino apta sunt signa literarum dilatabilia constituenda (§. 71). Atqui multa signa literarum et apud Hebraeos diduci possunt (per exper.): Ergo *multi signa dilatabilia in se considerata esse haud pugnat.* e. g. **א ב ר ח כ ל מ ר ת** hoc modo

**א ב ר ח כ ל מ ר ת**

Non omnia  
tamen  
actu talia.

Regulae  
ad quas for-  
manda.

Sed ex praxi Hebraeorum praesertim Biblicis quaevis literarum signa, in se dilatabilia taliter actu non sunt: Ad hasce potissimum regulas revocare possumus ea, quae constituerunt *Quaecunque ex hisce signis frequentius praesertim in fine occurrunt, quaeue dein ad dilatandum sunt commoda,* ea merentur praeterea nomen signorum dilatabilium. Quaecunque vero non ut signa literarum solum radicalium, sed seruilius quoque in fine talium occurrunt, quaeue non ita multas exigunt bases protractandas, illa dictas continent perfectiones. Ergo haecce praeterea nomen dilatabilium merentur. Hisce igitur quinque absoluuntur **א ח ל מ ת**, secundum hancce figuram **א ח ל ס ת** alii quatuor, omisso **ל**, alii plures ex illis possibilibus statuunt. Signum **ס** ob triplices rationes praeterea



praegnantes eligitur, tametsi commoditati ob multas protrahendas bases officit. Occurrit enim in fine 1) tanquam litera radicalis, 2) ut seruialis, eaque vel ad notam pluralis numeri masculini generis indicandam, vel ad suffixa perficienda. *Loescherus* p. 265. literam ☚ omnium foecundissimam appellat.

SCHOL. 1. Vera et erronea horum signorum mutatio simul inde deriuari potest. Nunquam ordinarie in medio, nec semper in fine vocis, nisi simul finis lineae per illam absolutatur, mutari ac diduci deberent. Quaenam Iudeis mysteria in constituendis extra ordinem hisce signis variatis latent, Criticorum labor erit.

SCHOL. 2. Literae dilatabiles temporis successu et crescente inter Hebreos καλλιγραφίας studio, inuentae videntur, ait *Loescherus* p. 287. Quomodo autem recentior haec origo cum idea earum conciliari possit, huc usque perspicere non licet (§. 69. et 71.) vid. prolixorem annotat. *Cel. Danzii* in literat. §. 4. p. 25. not. n.

Ortus signorum  
literarum dilatabilium.

### §. 76.

Supersunt termini technici in hacce doctrina Iudeis frequentiores. Literas finales a fine, figura, aliisque, varia mereri nomina opinantur. 1) Conuerzionem literarum, melius mutationem signorum literarum appellant חִוְפִּיהַ רָאֹתִיּוֹת. 2) signa literarum variata, in specie finalia, dicunt vel literas curvatas אֹתִיּוֹת כְּפֻרְתָּה, vel duplicates אֹתִיּוֹת כְּפֻלָּות, quales בְּמַנְפֵּץ. Vbi vero ad modum, quo scribi debent, respiciunt,

Termini  
technici.

F 3 tunc



tunc literas diuariatas et prolongatas eas vocant אַרוֹכּוֹת vel פְּשׁוֹטוֹת. Communè nomine finalia literarum signa dicuntur סִתְחִימּוֹת, quibus opponuntur reliqua inuariata, מ' סִתְחָה פְּתֻחָה, vnde פְּתֻחִים et פְּתֻחִים.

Hisce praemissis artem numerandi Hebraeis propriam nunc prosequemur.

### §. 77.

Ars. nume-  
randi  
Hebraeis. pro-  
pria.

Omnès omnino numeri referuntur vel ad vnitates, decades, centenarios et millenarios. Quaelibet earum species sua exigit signa, eaque diuersa, vbi illis in commercio humano rite vti velimus. *Hebrei*, vt signa numerorum formarent, elegerunt signa literarum, quibus pro eo, quem Grammatici statuerunt ordinem, singulis quendam in numerando valorem adiudicarunt. Nouem priora literarum signa vnitates exprimunt: quae sequuntur, pro totidem decadum signis, reliqua pro illis centenariorum habentur. Numerus tamē reliquorum literarum signorum vix quatuor eorum sufficit, quapropter vt, quae centenariorum signa deficiunt, suppleantur, aut signa ex quatuor illis composita. e. g. קֵנֶן 500, קֵרֶן 600, שֵׁנֶן 700, תֵּשֶׁן 800, 900 קֵתֶן aut alia signa fuerunt feligenda. Tamē primus modus minus contradicit, nimis tamē multa fierent signa, vbi in maiori exprienda numerorum serie vnu iam centenarius plura uno requireret signa. Quod si igitur alia commoda ratione id evitare potuerint, du-

bium

bium est nullum, quin fecerint. Signis literarum ad numerandum iam destinatis, finalia adiecerunt, felici quoque omine; eorum enim numerus iusta quadrat mensura in supplendo centeniorum numero, ita ut 7 500, 600, 1 700, 7 800, 900 indigent. Per haec et vnitatum et decadum centeniorumque signa confecta ac completa adsunt. Restat milleniorum numerus, quem per diuersa literarum signa exprimere negotium videtur perquam difficile, quum diuersa seu plura praeter illa, quae habuimus, ac praeter dilatabilia, dentur nulla. Quodnam vero spatium ad numerum ex pluribus millenariis, centenariis, decadibusque compositum requireret, vbi et unus millenarius signo literae dilatato exprimeretur? Prolixiori hacce via relicta, aliis excogitari debuit. Quaedam scilicet numerorum signa pariter adhibenda fuerunt ad millenarios significandos, ita tamen, ut quilibet statim cognoscere possit, non esse illius numeri, sed milleniorum signa.

## §. 78.

Experientia teste animaduertimus, eam esse Experiensia. Hebraeorum in numerando rationem, ut numerus alteri praepositus, sit maior: et quum iidem a dextra ad sinistram scribant (§. 50.), signum literac ad dextram magis positum, maiorem numerum exprimit, illo ad sinistram vicino.

F 4

§. 79.



## §. 79.

Quonam  
modo mille-  
narios  
exprimant.

*Ad millenarios exprimendos signa vnitatis adhibuerunt, tot millia denotantia, quot in se vnitates continent. Ut autem statim agnoscit possit, utrum illud signum vnitatem, an millennium exprimat, id vel per locum, vel alio modo indicare debuerunt. Per locum fieri potuit, ubi millenarius cum aliis centenariis, vel decadibus vel etiam vnitatibus deprehendatur coniunctus, tunc signum illud vnitatis reliquis modo praeponi debuit: eo enim casu vnitatem indicare non potuit, quia signum vnitatis, tanquam minimi numeri, ultimum a parte sinistra esse deberet (§. 78.), non decadem, quia non est signum decadis, non centenarium ob eandem rationem. Si igitur signum illud vnitatis numerum exprimat, neque tamen unum ex tribus hisce, tunc necessario signum millenarii commode indigitat. Quodsi vero cum millenario nullum perspicias numerum combinatum; non per locum, sed alia ratione declarari debet, signa vnitatis hic esse signa milleniorum; quod vel per duo puncta seu per totidem lineolas superne notatas, vel per integrum terminum, qui numerum millennium significat, signis vnitatis annexum, exprimunt.*

Schol.



Schol. Haec nunc applicabimus principia.

9	8	7	6	5	4	3	2	I	Vnitates
ט	ח	ז	ו	ה	ר	ג	ב	א	
90	80	70	60	50	40	30	20	10	Denarii
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י	
900	800	700	600	500	400	300	200	100	Centenarii
א	ת	ך	ן	ם	ל	ש	ׁ	ׁ	ׁ
								ק	

Vbi 11. 12. etc. scribenda veniunt, tunc signum denarii coniungunt cum vnitatis signo, maiori tantum praecedente. e. g. יב, ו, et sic porro; nisi quod ob nimiam superstitionem Iudei non scribant יג, ויה, sed יט, טז, טז, טז, קב, קא, 101, 102, קב etc.

Iam exprimendo numerum anni post natum Christum 1740, tunc plenius scriberetur א'ם. Sed 100, simpliciter dicunt אלף. 2000. באלפים seu אלף. 3000. קאלפים etc. 100000. ג' אלף

Iudeos ab orbe condito suos in annis numerandis calculos inchoare, notum est omnibus. Iudeorum suppeditatio.

Magna vero annorum series ab illo tempore ad huncce vsque diem praeteriit, ita vt numerus illorum centenarios quosdam ultra 5000. annos supereret. Hinc in scriptis eorum recentioribus partem illius integri numeri eumque minorem exprimi tantum perspicis, illos scilicet annos, quos ultra 5000. praesens mundus durauerit. Quo numerandi modo vbi vtuntur, קטן לפרט numerare assuerant. Quum vero primus terminus particularitatem, sit ve-

231

Quomodo  
aera Iudaica  
concilietur  
cum Christia-  
na.

nia verbo, seu speciale ac minorem numerum per natuam suam indigitet ideam, ideo קָטֹן interdum plane omittitur, et לְפֶרֶת, solum apparet. Quodsi tandem cum Christiana nostra aera illum Iudeorum numerum comparare velis, quinam scilicet annus secundum confuetam nostram supputationem per illam Iudeorum significetur, tunc addendus est numerus 240. e. g. לְפֶק בְּשָׁנָה תִּצְטַט Ita 5000. addatur, si numerus sit completus A. O. C. 5499. Iam vero 4000. annos numeramus ab O. C. ad Christi usque aduentum; Iudei autem ad illud tempus 3860. Nos igitur aeram Christianam ab illo anno inchoaturi, semper 240. annos numeramus, quos Iudei negligunt; hinc Iudeis, secundum datum ab O. C. numerum, neglecta 4000. annorum serie, remanent anni 1499. Quibus si addamus 240, prodibit numerus 1739. Hac data theoria, omnes huius generis numeri intelligi non minus, quam conciliari poterunt. Agnoscent vero praeter haec in numerando compendia Hebraei ad instar aliarum linguarum integros terminos, quibus ipsos exprimunt numeros, qui eapropter vocantur *nomina numeralia*; quemadmodum vero numeri ordinarie determinant quantitatem vel cum certo ordine, vel sine illo coniunctam: ita termini seu nomina numeralia alia sunt *cardinalia*, quae quantitatem sine hac ordinis determinatione, vel *ordinalia*, quae praeter quantitatem et certum exprimunt inter illa obiecta ordinem.

nem. Hancce omnino paginam ob arctiorem cum praecedentibus nexus commode satis catalogum horum comprehendere numeralium credimus; a cardinalibus ad ordinalia usque primaria, quae obseruari merentur, breuibus huc transferemus, variam illarum vero constructionem in doctrina de nominibus adiectiuis indicabimus:

### SCHEMA NUMERALIVM CARDINALIVM.

Vnus Masc. אחד Stat. Constr. אֶחָד

F. pro אֶחָדת, another, seu אחת אֶחָדָת

Duo Masc. שני Stat. Constr. שְׁנִים

F. Stat. Constr. שְׁתִי

Tres M. שלש Stat. Constr. שְׁלַש

F. Stat. Constr. שְׁלֹשֶׁת

Quatuor Masc. ארבע

F. Stat. Constr. אֶרְבָּעָה

Quinque Masc. חמיש Stat. C. חֵמֵש

F. Stat. Constr. חֵמֶשֶׁת

Sex Masc. שׁש

F. Stat. Constr. שְׁשֶׁת

Septem Masc. שׁבע Stat. Constr. שְׁבֻעָה

F. Stat. Constr. שְׁבֻעָת

Octo Masc. שמנה

F. Stat. Constr. שְׁמִינָה

Nouem



**תשע** Nouem Masc. Stat. Constr.

**תשעת** F. Stat. Constr.

**עשרה** Decem Masc.

**עשרת** F. Stat. Constr.

Iam a 10. ad 20. compositi numeri interme-  
dii ita formantur, vt minor numerus praece-  
dat, maiori sequenti sine ו tamen copulatis  
**עשתי עשר** Vndecim Masc. vel **אחר עשר**

**עשפי עשרה** Foem. vel **אתה עשרה**

**שנים עשר** Duodecim M. vel **שניהם עשר**

**שנתים עשרה** F. vel **שתה עשרה**

**שלשה עשר** Tredecim Masc.

**שלש עשרה** Foem.

et sic de reliquis ad 20. vsque, quod expri-  
munt communi nomine 20. **עשרים**

**אחר ועשרים** Viginti unus Masc.

**אתה ועשרים** Foem.

**שנים ועשרים** Viginti duo Masc.

**שיטים ועשרים** etc. Foem.

**ארבעים** Triginta, **שלשים** quadraginta,

**ששים** quinquaginta, **חמשים** sexaginta,

**שמונים** septuaginta, **שבעים** octuaginta,

**מאות** nonaginta, **תשעים** centum,

**שלש מאות** ducenti, **מאות** trecenti,

et sic porro.

**אלפים** Mille, **אלף** Bis mille,

Ter



רְבָּאָה Ter mille, **שֶׁלֶשֶׁת אֱלֹפִים** Myrias  
vel **רְבָּתִים**, vel **רְבָּוֹ**. Duae myriades, **רְבָּאוֹת** Myriades  
**שְׁתֵּי רְבָּות**, vel **רְבָּתִים** **רְבָּאָה**  
vel **רְבָּות**

Numeralia ordinalia, quorum sunt 10. tantum

**רְאַשּׁוֹנָה** Primus Masc. **רְאַשּׁוֹן** Foem.

**רְאַשּׁוֹנוֹת** Masc. **רְאַשּׁוֹנוֹת** Foem.

**שְׁנִים** Secundus Masc. **שְׁנִי** M. **שְׁנִית** F.

**שְׁלִישִׁה** Tertius M. **שְׁלִישִׁי** F. **שְׁלִישִׁית** Masc.  
**שְׁלִשִּׁים**

**רְבִיעִים** Quartus M. **רְבִיעִי** F. **רְבִיעִית**.

**חֲמִישִׁים** Quintus M. **חֲמִישִׁי** F. et **חֲמִישִׁית** et **חֲמִישִׁים**.

**שְׁשִׁים** Sextus M. **שְׁשִׁי** F. **שְׁשִׁית**.

**שְׁבִיעִים** Septimus M. **שְׁבִיעִי** F. **שְׁבִיעִית**.

**שְׁמִינִים** Octauus M. **שְׁמִינִי** F. **שְׁמִינִית**.

**תְּשִׁיעִים** Nonus M. **תְּשִׁיעִי** F. **תְּשִׁיעִית**.

**עֲשִׂירִים** Decimus M. **עֲשִׂירִי** F. **עֲשִׂירִית** vel **עֲשִׂירִות**.

Quae de numeralibus proportionalibus e.g.

**שְׁבֻעָתִים**, **אַרְבָּעָהוֹת** reliquisue dici

possint, ea ex Lexicis petant harum rerum curiosi.

### §. 80.

Totius huius de Consonantibus generatim Num signifi-  
explicatae doctrinae agmen clauderet; optan- catus cuiusli-  
dum ac necessarium, nisi frustraneum esset, ca- bet literae  
put. notus sit?



put. Consideratis hucusque iis, quae de sonis, signis, horumque nominibus ac valore literarum in numerando notari digna erant, cuiuslibet nunc literae significatum omni indagare opera atque labore allaboremus, ut, illo certis ex fundamentis determinato, facilima proximaque via accedere queamus ad eruendum totius vocis significatum falli nescium, qui statim sese offerret, ubi simplices illos literarum significatus in unum modo colligeremus. Nec defuerunt inter praestantissimos sui aei Philologos, qui hancce sibi spartam crediderunt demandatam, atque intricatus hocce negotium, licet non ex eodem fonte nec pari successu deriuatum, expedire conati sunt. Ex naturali literarum ortu alii, e. g. *Helmontius* in Alphabeto naturali, alii ex literarum usu Grammatico, figura earumque nominibus, ut *Neumannus*, *Loescherus*, Vir summi nominis, ille in Exodo L. S. et Clavi domus Heber, hic in L. de Causis L. H. *Alberti* in porta L. S. *Zieroldus* aliique, certum ac hieroglyphicum, quem signis literarum inesse putant, literarum significatum hariolari cupiunt. At vero, ut ab ultima incipiam hypothesi, *Neumanno* praeferum adscripta: eam, ni fallor, hic vir eruditissimus vacum aliis haud minoris dignitatis Moecenatibus iniit viam, quae vaga nimis nec satis ad hocce negotium apta et idonea videtur. Nonne usus literarum Grammaticus? nonne signa seu literarum figurae aequae ac horum nomina, sonos seu literas supponunt?

nonne



nonne significatus hisce omnibus fuit prior? Num vñquam sint probaturi, quod in consti-  
tuendis literarum signis primaeui scriptores  
adhibuerint signa essentialia. Is, quem lite-  
ris assignarunt significatum, nimis generalis est  
atque propter analogicas adplicationes nimis  
vagus, vt talia in omnium linguarum scriptio-  
ne specimina enucleari possent. Solidis id ar-  
gumentis prosequitur *Celeberrimus noster Reuschius*, cuius dulcissimum nomen pia ad  
cineres vsque mente deueneramur, *in Dyade Philologica* i. e. de naturali fundamento lin-  
guae Hebraeorum et de conuenientia Ziphra-  
rum cum decem primis Hebraeorum literis  
Ien. 1718. 4. aliique, quorum scripta recen-  
set *Wolfius Bibl. Hebraea P. II. p. 624.* Prior  
ab *Helmontio* deriuatus, licet ingeniosissimus,  
admodum subtilior parumque certus ac deter-  
minatus videtur. Nos illum ignorare signifi-  
catum libentes fatemur, ne fortis nostrae im-  
memores magno conatu nihil proficiamus.

Haec de literis earumque signis generatim suffi-  
cient, ordo nos dicit, vt agamus.

### S E C T. III.

## DE PRAECIPVIS LITERARVM SPECIEBVS.

- 1) QVIESCENTIBVS ET MOTIS.
- 2) RADICALIBVS ET SERVILIBVS.

### §. 81.

Consonae differunt a Vocalibus (§. 2. et 30.). Soni Consona-  
Vtraeque vero sunt soni (§§. citt.). Hinc rum diuersi  
*cui-* a vocalibus.



cuius Consonae diuersus a sono Vocalis competit sonus.

SCHOL. Differentiam illam inter Consonam et Vocalem breui ita notes. In formandis Vocalibus nullas in quoddam praे aliis loquelaे organon actiones speciatim concipimus, sed ut nudi simplices soni per certam tantum gutturis connexorumque organorum aperturam determinati considerantur. In Consonae autem, quaecunque denum sit, formatione necessaria actio organorum loquelae et huius praे reliquis adesse debet (§. 32.).

### §. 82.

Diuersae  
Consonarum  
in nexu  
cum Vocali-  
bus considera-  
tiones.

Haec, vbi Consonantem seorsim comparaueris cum Vocali, extra omnem dubitationis aleam sunt posita. At in nexu literarum cum Vocalibus quaedam omnino in hisce mutatio possibilis est. Dantur nimis literae unius organi diuersae, quae per maiorem minoremue in illud actionem oriuntur (38.): neque minus in nexu cum Vocali, vel sola litera vel unacum alia adhuc ANTE VOCALEM formatur, vel sola aut cum alia socia POST ILLAM. Hae variae literarum considerationes occasionem praebent differendi de primis earum speciebus.

### §. 83.

Literae  
in organis le-  
nissimae modo  
sunt  
perceptibles  
modo non.

Prima in quois organo litera lenissima est (§. 38.); varia tamen lenissimi huius soni in organis diuersis est ratio. Quorundam loquelae organorum e. g. dentalium et lingualium, lenissimae seu primæ quoque literæ sonus ubi.



ubique est perceptibilis, reliquorum, labii, palati ac gutturis, scilicet organorum soni lenissimi tales sunt, ut proxime ad sonum quarundam Vocalium accedant. Dein vbi una litera ante Vocalem pronunciatur, vi multo majori illam eloqui licet, quam si eadem post Vocalem pronuncietur. Hinc et sonum Consonarum lenissimarum, vbi hae ante Vocales deprehenduntur, diuersum edere possumus perceptibilem, quod tamen vix ac ne vix quidem fieri poterit, vbi lenissimae quorundam organorum Consonae post Vocalem veniunt formanda, tunc quoad sonum a Vocali diuersum penitus ferme quiescunt.

SCHOL. Wu, uw, ji, ij, ha, ah.

§. 84.

Vbi literam, cui plane nullus sonus respondeat, vocare velis *insensibilem*, nulla Consona erit insensibilis (§. 81.) : vbi vero respicis ad signa Consonarum, quae ad scriptam vocem concurrunt, et quorum unum hoc loco nullum agnoscit sonum, quodue eapropter *insensibile* appellaueris, id obtinere non negatum iuero, quum tales exempla monstrarent casus. e. g. Ȑ, in quo signum literae ḥ hoc loco plane insensibile, non vero quiescens, dixeris. At vero, vbi literam, cui ob lenissimum sonum post Vocalem nullus satis diuersus, qui audiatur, tribui potest sonus, *insensibilem* pronunciare audes, te non abseni aliquid dicere contendeo, neque tamen propter Logomachii Gram. Hebr. G chias

Diuersi insensibilium literarum significatus.



chias aliasque confusiones accuratum iudicem  
praedicare possum.

SCHOL. Difficilioris huius de literis quiescen-  
tibus doctrinae fundamentum quatuor si praec-  
edentes complectuntur, ex quibus non infel-  
ici forsan successu insignem distinctae rerum  
cognitionis usum comprobare poterimus.

### §. 85.

**Quid  
litera mota,  
et quiescens.**

**Quem  
in finem  
signum literae  
insensibile  
interdum ma-  
neat.**

Litera, in cuius pronunciatione diuersus a  
Vocali percipitur sonus, vocatur *mota*: in  
cuius vero pronunciatione non diuersus a Vo-  
cali sonus auditur, appellantur *quiescens*. Quae-  
nam litera sit mobilis, quaenam quiescibilis,  
ex hisce declarari poterit.

SCHOL. Literae cum Vocalibus agnoscunt so-  
num (§. 30.): in nexu cum Vocalibus vel  
eundem, vel diuersum (§. 82. seqq.); adeo-  
que omnes literae in voce quadam vel motae  
sunt, vel quiescentes (§. 86.). Scriptio per-  
fecta nec plura, nec pauciora signa exhibere  
debet, quam soni adsunt (§. 37.). Hinc ubi  
signum literae in scriptione deprehenditur,  
cui hoc loco plane nullus sonus respondeat,  
ibi de scriptione minus perfecta hoc ipsum te-  
statur, licet ad radicem aut significatum eo mi-  
lius seruandum, illa imperfectio admittenda sit:  
ad ea tamen grammatice circa puncta non at-  
tenditur,

### §. 86.

**Num omnes  
literae sint  
mobiles  
et motae,  
quiescibles  
et quiescentes?**

*Omnis omnino literae sunt mobiles* (§. praec.  
et 81.), *non omni tamen loco motae* (§. praec.  
et 83.). Sed *non omnes literae sunt quiesci-  
biles* (§. praec. et 83.), *multo minus quies-  
centes*, quum nulla circa ipsas quiescibiles va-  
leat



leat conclusio, ut statim sint quiescentes (per Can. a posse ad esse non V. C.) ; sed quiescibles motae, et mobiles quiescentes simul esse poterunt.

SCHOL. 1. Quoniam igitur quiescentibus sonus saltim hoc loco diuersus, qui percipi queat, tribui nequit : ideo malim eas vocare literas sonum fere eundem cum praecedenti Vocali habentes, quam insensibiles, ad evitandam confusionem.

SCHOL. 2. Arduam quidem, sed maximi momenti hanc de literis quiescentibus esse doctrinam, quilibet qui linguae Hebraeae indolem nouerit, concedet. Quanta fieri poterit perspicuitate, eam nunc inuestigabimus.

§. 87.

Quaecunque litera *pro actu quiescenti* de-  
claretur, illa, ut PRIVS SIT QVIESCIBI-  
LIS, necesse est, hinc inquiramus, quaenam  
literae tales sint ?

Primum criterium  
literatum  
quiescentium.

§. 88.

In quarumcunque literarum pronunciatione diuersus vbiique sonus a sono Vocalis percipitur, illae non poterunt sonum cum Vocali eundem simul edere, illae non sunt quiescibles (§. 85.). At vero in omnium dentalium et lingualium literarum pronunciatione, porro in ea labialium et palatinarum, praeter primam vtriusque organi, omnium, et tandem in ea gutturalium, praeter primam et secundam, diuersus vbiique sonus a sono Vocalium percipitur (per exper.). Hinc *omnes praeter primam labialem, primam palatinam, pri-*

Quaenam  
literae sint  
quiescibles?

G 2

mam



primam et secundam gutturalem, literae non sunt quiescibiles, adeoque motae (§. 85. et 83.).

## §. 89.

**Quaenam earum signa?** Eadem valent de signis literarum. Omnia eorum signa praeter אַחֲרֵי erunt signa literarum motarum, haec vero literarum quiescibilium (§. 35. Prael. §. 85. et 83.).

**SCHOL.** Miror, quod quidam summi nominis Philologi **υ** hisce literarum quiescibilium signis assident. Sed, nisi omnia me fallunt, reliqua literarum signa omnia inter quiescentia prius numerari possent, quam hocce in difficillimo organo difficillimae literae signum (§. 38. Schol. et §. 48.). Delicatior noster genius, qui ab omni in minimis difficultate abhorret, nullam legem, naturali alicuius literae pronunciationi, contrariam statuere potest.

## §. 90.

**Ea non tamen vbiique quiescunt.** A posse ad esse concludere non licet; adeoque nec a litera quiescibili, ad quiescentem (§. 83.), quando igitur unum horum signorum אַחֲרֵי in termino deprehenditur, tunc caueas, ne id statim pro signo quiescentis habeas: primum quidem οὐτηγειον literarum quiescentium est, ut adsint literae quiescibles, sed quando actu eas velis salutare quiescentes, alia adhuc accedere debent, quae nunc prosequemur.

## §. 91.

**Altera nota vere quiescentium.** Literae etiam lenissimae, vbi ſolaē ante Vocalē pronunciari debeant, sonum suum diuersum edere possunt perceptibilem (per ex- per.



per. et §. 83.). Literae igitur quiescibiles ante Vocalem formatae, nunquam actu quiescent (§. 88. et 85.). Altera hinc sese offerit vere quiescentium nota, scil. QVOD LITERAE QUIESCIBILES SINT POST VOCALEM.

SCHOL. Non cum Ven. Loeschero █▀▀ legerem Schuum, I enim post Vocalem, cui ob compendium punctum Schureck diacriticum impressum est, pronunciari debet, alias ita esset scribendum █▀▀ conf. §. 28.

§. 92.

Quodsi litera quiescibilis post Vocalem, ad Quando litera quam referri debet, deprehenditur, in statu quiescibilis in statu quietis illam esse asseueramus.

§. 93.

Non tamen sufficit ad literam actu quiescentem declarandam, ut litera quiescibilis sit post Vocalem, aliud respectu ipsius Vocalis, quae antecedit, monendum occurrit. Tunc litera quiescit, quando sonum eius in pronunciatione diuersum a sono Vocalis percipere non possumus, unde sonus fere idem cum Vocali prodit. Idem vero soni non nisi per eandem ferme actionem seu conuenientiam certarum literarum cum quibusdam Vocalibus oriuntur: adeoque cum quacunque Vocali litera quiescibilis colit amicitiam, quam supra §. 49. explicauimus, illa Vocalis ad quiescendum est commoda. A. prima et secunda gutturalis omnes amant Vocales, quia haec modo

Tertia  
quiescentium  
nota.



cum fortiori, modo cum debiliori aspiratione  
pronunciari queant, *prae omnibus tamen reli-*  
*quis A* lubenter desiderant. *Prima labialis*  
*amat O et U, prima palatina E et I* (§. 49.).  
*Sic post hasce demum Vocales literae quiesci-*  
*biles actu quiescunt; vbi hasce literas aliae*  
*praecedunt Vocales, tunc literae quiescibiles*  
*sunt motae* (§. 85.).

SCHOL. Tres modo demonstrauimus ad literam quiescentem notas necessarias. 1) vt litera sit quiescibilis. 2) vt haec sit post Vocalem. 3) vt post Vocalem commodam.

§. 94.

**Applicatio** Sic **N** et **M** post (- et -) (..et ..) etc.  
notarum ad actu possunt quiescere, **Y** post (ׁ etׁ),  
**ipfa signa qui-  
escentium.** (ׂ etׂ). sed notes, quod nec Kametzcha-  
tuph nec (ׄ) vnquam hocce signum praece-  
dant actu quiescens, sed longae tantum, in qui-  
bus Cholem et Schureck nudo tantum puncto  
diacritico exhibentur, **Y** post (ׂ etׂ), (ׂ. etׁ.).

SCHOL. Quodsi iam vna ex literis hisce quiescibilibus sit in statu quietis, neque commoda praecedat Vocalis, tunc ubi actu quiescere debeant, commoda senit substituenda (§. 92. 93.).  
מָתוֹן, בֵּיתִי בֵּיתִי loco, מָתוֹן et עַיְנִים, עַיְנִים Interdum enim litera quiescibilis in statu licet quietis, actu quiescere non debet, ob characterem seu significatum seruandum. c. g. לִילָה.  
לִיהוֹה, יְשֻׁרֹה Nec minus litera quiescibilis in statu quietis post Vocalem commodam praesens non actu semper quiescit. יְהִגָּה Id  
quod



quod ex aliis cognoscere licet, de quibus infra in doctrina de Schua pluribus.

§. 95.

Natura literarum quiescentium, quam tribus notis §. 93. Schol. comprehendimus, operis positarum simul motarum criteria exhibit. Quaecunque scilicet litera 1) non est quiescibilis 2) si quiescibilis, non tamen post sed ante Vocalem, 3) si et post Vocalem tamen non commodam, illa certo mota est. Hinc

בְּגָדֶז חַטְכָּל מִנְסָעֵ פְּצָקָרְשׁ שָׁתָּה  
vbique sunt motarum signa, dein

א ה ו י

vbi ante Vocalem, et eaedem vbi post Vocalem minus commodam. e. g. י ו, נ, נ, ל, נ, נ, vel נ. sed נ et נ postquam-  
cunque Vocalem possunt actu quiescere, adeoque vbi post Vocalem deprehenduntur, neque tamen quiescere debeant, tunc per aliud signum id, ut doceamur necesse est, aut post Vocalem constitutae vbique quiescunt.

SCHOL. De hocce signo et omnibus, quae id illustrant, consules doctrinam de Schua et Mappick.

§. 96.

Quando litera actu quiescit, tunc non diversum a sono Vocalis exhibet sonum perceptibilem (§. 85.) ; hinc eundem cum Vocali praecedenti. Sonus igitur Vocalis continuatur, quae soni protractio efficit Vocalem duplicitis temporis seu longam (§. 7.). Litera

Litera quies-  
cens cum  
breui  
perficit lon-  
gam Vocalem.

G 4

igitur



igitur quiescens unacum praecedenti Vocali breui, constituere potest longam Vocalem, nec aliud nunc haeret animo dubium, quare ad i longum significandum assumferint.

SCHOL. 1. Non raro haec signa literarum qui escentium praesertim יְהִי mox nude, mox cum Vocalibus suis simul adhibentur, quando ob emphaticam loquendi rationem vel una syllaba praeprimis est protrahenda, vel per additum vnum ex hisce literae signum simul cum Vocali vox integra longior per vnam syllabam fit. Quo respectu haecce literarum signa dicuntur *Paragogica*.

SCHOL. 2. Literam quiescentem eo respectu, quod diuersum suum sonum minus edere queat perceptibilem, nullum exigere ad pronunciationem temporis quantum: in ea vero consideratione, qua praecedentis Vocalis breuis sonum prolonget, quoddam eiusdem omnino postulare, ex §. 80. praec. et §. 85. patet. Neuter respectus ubi obtinet, ibi nec eiusdem consequens. De compensatione literarum quiescentium nunc quaedam in medium profremus.

## §. 97.

**Experientia.** Deprehendimus in scriptione ut plurimum signum vocalis longae ante literae quiescentis signum, quum breuis ordinarie modo concipiatur; interdum tamen breuis quoque retinetur. e.g. לֹא מֵרָא בַּיִשְׁבָּה pro יְשִׁבָּה, מַעֲשָׂה pro מְעַשָּׂה, מְצָאתָה pro מְצָאתָה etc. בְּכָתָה, יְהֻגָּה.

## §. 98



§. 98.

Per literae quiescentis naturam sonus Vo- Quiescentem  
calis praecedentis continuatur (§. 96.), ita, vel longa  
Vocalem breuem vnam litera quiescenti vel breuis Vo-  
pronunciando, idem sit, ac longam efferre Vo- calis  
calem (ibid.) : Haec vel exprimitur in scri-  
ptione, vel minus : illo casu signum Vocalis  
longae adest, hoc, signum breuis.

§. 99.

Signo Vocalis longae ante literam quies- Quiescens  
centem praesenti, idem est ac si Vocalis bre- vim suam in  
uis cum signo literae quiescentis adsit (§. praec.). Vocali longa  
Hinc signum literae quiescentis omnem suam exprimit.  
vim per signum Vocalis longae expressum ostendit, adeoque plane fit insensibile et nisi ob ser-  
uandum significatum, ex radice eruendum conseruaretur, tunc abesse potest, quod in exem-  
plis quoque perspicimus confirmatum. e. g. וַיֵּשֶׁב, pro יִשְׁבָּה ex אָרֶן, pro אָרֶן וְעַיר, ab עַרְיוֹן אֲרָנוֹן

§. 100.

Quatenus id, quod deficit, suppletur, ea- tenus illud compensari dicitur. Vbi aequi- pollens substituitur, tunc, licet haec vel illa res ipsa deficiat, nihil perit, sed optime sup- pletur: hinc compensatio per rem eiusdem generis facta reliquis praefstat.

Quid  
compensare.

SCHOL. I. In omni igitur compensatione re- Quaenam  
spicias 1) ad id, quod deficit; 2) ad id, quod circa  
per defectum tollitur; 3) id per aequipollens compensatio-  
resti- nem notanda?



restituas, tunc compensationi suum statuendum est pretium.

SCHOL. 2. Quicquid ad compensandum eligitur, vocatur *Vicarius*. Hinc accurata satis Grammaticorum regula: *Vicarius* sequitur naturam eius, cuius locum supplet. Neque minus illud, quod defectum alterius supplet, seu compensat, tamdiu manere debet, donec alterum recurrat, suamque propriam vim exerceat.

### §. 101.

**V**usus compensationis. Magnae haud raro adsunt rationes, quae 1) *absentiam illius quidem rei suadent*, sine omni tamen significatus mutilatione, quam proinde liberali modo per aliud restituunt: neque minus; 2) *ut*, licet ipsum interdum obiectum retineatur, interna tamen eius vis, quae occulta nonnunquam est, per aliud magis exprimatur. Vtrumque expedient Hebrei per compensationem (§. praec.).

### §. 102.

**L**itera quiescens compensata et non compensata quid?

Literae quiescentis interna vis exprimitur per Vocalem longam, quae loco brevis adoptatur (§. 99.). Hinc literam quiescentem, cuius signum praecedit Vocalis longa loco brevis, vocare *compensatam*, non contradicit (§. 101.): Eam vero, cuius signum praecedit tantum signum Vocalis brevis, *non compensatam*.

### §. 103.

**V**triusque conditio.

Compensata semel litera quiescenti, signum eiusdem poterit tolli (§. 99.), quod secus est in non compensata (§. 100. et Schol.).

SCHOL.



SCHOL. 1. Litera quiescens compensata nullum plane temporis quantum in pronunciando requirit (§. praec. 99. et 96. Schol.): quod tamen non compensatae tribuere possumus (ibid.), quum praecedentem breuem iubeat protrahendam. A B. Danzio confirmatam de literis liquescentibus doctrinam ad explicatoria per modo dicta reduximus principia, speciale tam mentis nostrae declaracionem praelectionibus nostris reseruabimus.

SCHOL. 2. Literae, quae in multis inuicem conueniunt, illae, quodad eosdem illos respectus, inter se possunt alternare, et vbi per actualem substitutionem non minimum in pronunciando commodum paratur, ibi illa substitutio cum ratione suscipitur (§. 58. 62.): sed dum loco unius quiescibilis lenioris alia magis sensibilior adhibetur, loco, quo in pronunciando haec magis est necessaria, ibi alternationem sua non esse destitutam ratione credimus. Sic נ pro נ, י pro י, ו pro ו etc. vnam suum, quae amant, punctis inuicem substituuntur: exempla dantur bene multa, quae in praelectionibus et analysi abunde addimus (§. 62. Schol.).

§. 104.

Literas quiescibiles בְּטַלּוֹת אֲתִיּוֹת: motas vero appellant הַקְנָעָה אֲתִיּוֹת.

Termini  
technici.

Nunc porro de literis radicalibus et seruilibus.

§. 105.

Vt significantur ideae, termini sunt constituti (§. 7. Prol.). Tota igitur vox ad determinandum significatum pertinet, hinc et partes vocum, Consonae nimirum et Vocales.

Consonae  
et Vocales  
ad  
significatum  
necessariæ.

§. 106.



## §. 106.

Idem apud  
Hebreos.

Per voces Hebraeas Hebrei sua indicarunt cogitata, adeoque ad illa exprimenda adhibuerunt et Consonas et Vocales illis suetas.

SCHOL. Literas in significatu praestantiores apud Hebreos esse Vocalibus, neminem fugit, hinc raro salua vocis idea litera abesse poterit, frequens tamen Vocalis iactura: hae enim ad sonum vocis moderandum saepius adsunt. Interim nihil detrahimus dignitati, quae Vocalibus, tanquam alteri vocum parti essentiali, iure competit.

## §. 107.

Modus diuersa  
in uno ter-  
mino  
combinandi.

Diuersa omnino in uno concurrere obiecto possunt, quae omnia ut in idea illius comprehendantur, necesse est. Diuersa diuersis signis sunt efferenda: hinc vbi ideam nostram totalem cum aliis communicare cupimus, tunc omnia, quae illam componunt, diuersa, signi notari diuersis debent. Quo breuiora ea sunt, eo meliora: quodsi per additum modo Vocablem, aut Consonam, aut per unum vel plures adiectos articulos omnes illae circumstantiae mutabiles exprimi possint, ita, ut vna vox articulata non primarium modo obiectum, sed omnes, quas velis, determinationes mutabiles simul indicet; tunc modus ille reliquis omnibus per ambages longe erit praferendus.

SCHOL. e.g. Idea DOCERE, obiectum indicat sine omni mutabili determinatione, i. e. nude, ita ut vbi nec hocce adsit signatum, ipsa idea evanesceret. Accessoriae sunt ideae personarum, earumque sexus et numerus etc. quae omnes



omnes tamen in idea quadam totali constituta exprimi merentur. Optandum esset, ut omnes hae circumstantiae vna voce Hebraea articulata exprimi possint; nimisrum ut literis, quae ideam obiecti primariam indicarent, annexantur vel Vocales, vel literae vel vtraeque; ex quibus omnes sigillatim determinationes colligi possint. Quod quoque visu venit in linguis, praesertim Hebraea.

§. 108.

Literarum igitur duplex in vna voce conditio esse poterit: *aliae ideam ipsam nude sine determinationibus mutabilibus indicare possunt, aliae illas, quae accesserunt, determinationes accidentales.* Prioris generis literas vocamus *radicales*, posterioris vero, *seruiles*. Sic radix, materialiter spectata, erit comple- Quid radix? xus literarum radicalium.

Quid literae  
radicales  
et seruiles.

§. 109.

*Salua ipsis obiecti idea, literae radicales ex voce abesse nequeunt* (§. praec.). *Nec salua idea obiecti cum omnibus circumstantiis simul considerati, literae seruiles.* Sed quemadmodum hi vel illi limites in re non sunt necessarii, sed illis absentibus, essentia tamen rei maneat: ita, et *seruiles literae in hac relatione abesse poterunt ac debent, ubi ideam sine omnibus accessoriis determinationibus considerare velimus.*

Diuersa  
vtrarumque  
in termino  
ratio.

SCHOL. Vbi terminus praeter literas radicales adhuc alias seruiles simul comprehendit, aut vbi non sufficientes earum, quae radicem constituere debent, adsunt, tunc radix est incongnita,



gnita, quam cognitam reddere semper cupimus; quod dicitur radicem inuenire, seu inuestigare. Ea, quae in hocce so diximus ad inuestigandam radicem suum quoque conferre ex hisce liquet. Possemus, vbi sat commodus hic effet locus, generalia inuestigationem radicis spectantia ex hisce prona eruere consequentia; ne tamen in aliena huc prolabamur, hasce modo literarum species generatim pluribus illustremus.

## §. 110.

**Quidam** Ponas porro, omnes te circumstantias pere*inuestigandi* grinas seu mutabiles vnam ipsa primaria ideo*radicem modus.* voce quadam articulata exhibuisse, ita ut cui libet circumstantiae diuersum quoddam signum in termino respondeat: tunc, vbi modo noueris 1) *quaenam circumstantiae sint indicatae*, 2) *per quaenam signa eadem sint expressae*, facillimo radicem negotio ibi poteris inuenire, quando ea modo signa abieceris; nullae enim restare poterunt literae, praeter illas, quae ideam primariam nudam indicant, sive radicales. Hae dein vel omnes adsunt, vel vna aut duae deficiunt: Sic aliis accendentibus regulis, ad haec respondere fatagimus membra, quae omnes simul sumtae completam si stunt viam indagandi vocum radices seu semina.

**SCHOL.** Plura adhuc necessaria sunt principia, ex sequentibus ac inferioribus doctrinis haurienda; hinc paucis modo, quoad pro insituti ratione fieri potuit, quaedam attigimus pluribus dein confirmanda.

## §. III.



§. III.

Cur haec potius, quam alia litera in se considerata ad ideam, quam vocamus, primariam indicandam aptus sit, nullibi perspicimus: adeoque omnes sine exceptione literae radicales esse poterunt. Sic et literae per se spectatae omnes idoneae sunt ad determinationes ideas accessorias indicandas, nisi forte omnis generis circumstantias mutabiles, quae ideae accedere possunt, vnam illis terminis, quibus illae solent exprimi, noueris; a quibus dein terminis ob compendium vnam vel plures literas tantum assumis, quas sigillatim spectatas nat' ἔξοχην vocaueris literas seruiles. Hoc respectu hae modo literae erunt seruiles; alias ideac literarum non contradicit, ut ideas circumstantiarum mutabilium indicent, omnesque sint seruiles.

§. II2.

Quaecunque hucusque de literis probauimus, ea, vt de signis in scriptione quoque valeant necesse est. Signa literarum, per quae vox Hebraea scribitur, alia radicalia, seruilia, vbi iisdem opus est, alia sunt: modum quoque prae omnibus fere aliis linguis peculiarem Hebraci in colligendis ad vnam articulatam vocem signis, quibus plurimas ideae primariae circumstantias accessorias indicant, inceunt, quae concinnam mentem declarandi ratio interpres haud parum affligit, quippe qui decem saepe terminos alterius linguae, ad vnius Hebrei signi-

Omnes literae  
possunt  
esse radicales  
ac suo modo  
et seruiles.



significatum plene exauriendum applicare debent. In hoc porro consensum Hebraei monstrant, quod omnia signa literarum apta censeant ad radices formandas; in eligendis vero seruilium literarum signis alteram incedunt §. praec. allegatam viam, *qua scilicet literas unam vel plures a terminis, quae ideas accessorias omnes possibles exprimere solent, separarunt, eosque κατ ἐξοχὴν seruilium literarum nomine insignierunt*, unde quaedam modo literarum signa sunt seruilium.

## §. 113.

**Signa absolute et respectiue radicalia quid?** Quum omnium literarum signa possint fieri radicalia hinc ea, quae nunquam officio seruilium funguntur, *absolute radicalia*; reliqua vero, quae simul seruilia esse possunt, *respectiue radicalia* vocari merentur. Signa autem literarum, quae ex linguae Hebraeae usu seruilia appellantur, sunt XI.

**Quaenam signa literarum seruilia?**

א ב ה ו י כ ל מ נ ש ת

quae alio a quibusvis fere Grammaticis ordine exhibentur, prouti hic vel ille ingenii sualacritatem ac vigorem prodere aequum duxerit. Plurimi signa haecce tribus virorum in sacris notissimorum nominibus exprimunt **משׁחָ וְכֹלֵב אִיתָן** quibus eorum simul usum grammaticum insinuant. Vberiorem huius declarationem vid. in *Danzii* liter. §. 6. not. u suam alii memoriam conseruare in eo, quod suum hisce literarum signis nomen include-

rent,



rent, studuerunt. Is, qui Salomo appellabatur, haec signa ita disponebat:

אָנָי שֶׁלְמָה כּוֹתֵב

plura huius generis refert *Danzius* loc. cit.

SCHOL. Multa omnino de signis literarum seruilibum veniunt consideranda, quae ut eo clarius explicitur, praemittere adhuc quaedam de literis radicalibus iuuat.

### §. 114.

Complexum literarum radicalium nominavimus radicem (§. 108.). Ex plurimorum Grammaticorum sententia TRES ordinarie, quatuor pluresue rarioribus ac extraordinariis plane casibus, ad unam referuntur radicem. A communi hocce receptoque vsu in hisce paginis recedere haud consultum ducimus; quum aliorum e. g. *Neumannii*, *Ven. Loescheri* etc. pro duabus tantum ad unam radicem literis seu pro feminibus monosyllabicis sententia firmo haud vbique praesidio adhuc fulcitur, quamue interea hypothesin in totum minus reiicimus, certiore modo illius declarationem desiderantes.

Quot literas  
radix  
agnoscet.

SCHOL. Num radix semper verbum, et in eo tertia praeteriti esse debeat, et num contradicat, nomen constituere radicem a pluribus infra prosequemur.

### §. 115.

Philosophorum scholae aliam formalem radici tribuunt significationem, quae apprime hoc facit. Vocabulum, quod ab alio oritur, Quid radix  
formaliter  
talis?

*Kochii Gram. Hebr.*

H deri-



*deriuatiuum*, quod a nullo alio, *primitium* appellant, et quatenus deriuatiua ab eodem descendunt, *radix* illud audit.

§. 116.

Quot modis Deriuatiua oriuntur ex radice (§. 112.),  
*deriuatiua* hinc in omnibus non plane eadem cum ea esse  
*ex radice ori-* debent, adeoque aliquo modo differre, ita ta-  
*antur?* men ut ipsa radix, ex qua descendunt, erui  
 adhuc queat. *Mutatio* igitur in radice est  
*suscipienda*, eaque vel in literis vel in vocali-  
 bus, vel in vtrisque: *Alia deriuatiua oriun-*  
*tur ita ex radice*, ut retentis omnibus literis  
*radicalibus puncta modo mutentur*; *alia vero*,  
*ut una vel duae radicales abiificantur*, additis  
*literis seruilibus*; *alia tandem*, ut *adiician-*  
*tur radicalibus literae seruiles*, quae modo  
*praeponuntur*, modo affiguntur, aut vtrum-  
 que simul augmentum locum inuenit. Quod  
*idem* hocce literarum seruilium officium ex  
 data de illis definitione concipi possit, id in-  
 telligere haud difficile est.

SCHOL. Ut clarius haecce constent, paucis re-  
 petamus principia. Radix primum illud omni-  
 iure esse debet, a quo reliqua omnia sunt de-  
 riuanda. Generalem igitur atque primam no-  
 tionem eidem adiudices, per cuius varias mo-  
 dificationes seu adiectas determinationes mu-  
 tabiles reliqua omnia inferiora seu deriuatiua  
 sunt constituenda. Determinationes vero  
 mutabiles indigitantur per signa literarum,  
 quae vocantur, seruilium (§. 105.): quinam  
 proinde magis naturalis deriuatiorum a ra-  
 dice ortus excogitari potuit eo, quo signis li-  
 tera-



terarum radicalium adduntur signa literarum seruiliū. Id volunt illi, qui formalem seu generalem magno commendant opere radicis significatum quaerendum. Optimum nunc foret, *ubi cuius literae seruili significatus adiungeretur peculiaris, ut, cognitis determinationibus, quae accedere debeant, mutabilibus, statim sciamus, quamnam signa literarum seruiliū, seu, uti Grammatici loqui amant, quam formam assumere debeamus: ipsi tunc omnia ex qualibet radice deriuatiua, per huncce modum formanda, propria marte ex paucis regulis constituere possemus.* Sed, *ibinam isti significatus eruti atque istae regulae determinatae reperiuntur? Clar. Simonis in Arcano formarum Nominum Hebraeorum generalem cuiusvis formae significatum non sine insigni labore eruere studuit, de quo infra.*

## §. 117.

Determinationes mutabiles vna voce arti- Non omni loco literae  
culata per literas seruiles radicalibus connexas exprimenda, vel praeponi, vel postponi, imo et vocis medio interseri debere, ipsae earum conditions interdum suadent (§. praec.). Ideoque literae seruiles voci mox praemittuntur, mox interseruntur, mox suffiguntur: hoc adeo frequens et vulgare est, ut quaedam literarum seruiliū signa certo quoque loco tantum seruant; quo loco vbi non reprehenduntur, sed alio, tunc sine omni dubio ad radicales statim referri literas debent: neque tamen, vbi commodo ad seruiendum loco adstant, pro seruilibus vbique haberi possunt.

seruiles sunt tales.



## §. 118.

Quinam  
cuiuslibet ser-  
uili locus  
idoneus?

Sic Grammaticorum quidam obseruantur  
seruire tantum ab initio, **נָהָרֶת**  
**אַלְבָשׁ** in principio ac fine, **יוֹתֵת** in principio, medio  
et fine. Sed alii, qui omnes literas, quae in  
voce non sunt radicales, vocant seruiles, di-  
uersa paululum ratione haec exhibent, I. in  
principio tantum seruire non nisi **לְבָשׁ**, II. in  
principio ac fine **כְּ** et **מְ**. III. In principio  
medio et fine, **נְ**, **יְ**, **וְ**, **חְ**, **אְ**, **תְּ**. Mne-  
mosyna harum literarum sunt **מְשִׁיבֵלְהַעֲנִיזָתָן**.

SCHOL. Quemadmodum ratio, ob quam hasce  
literas prae reliquis Hebraei selegerint seru-  
iles, quaerenda est in terminis illis integris,  
ex quibus litera principalis seorsim exhibe-  
tur e. g. **שְׁ** ex **שָׁאַלְתָּ** vel ex **מְ**  
vel ex **נְ**, etc. ita varia illarum officia seu  
illae, quas exprimunt determiniuationes muta-  
biles, locum, quo hae literae seruant, simul  
declarant; vnde ratio illorum, quae so-  
stro instar obseruationum nude proposuimus  
petenda erit.

## §. 119.

Aliae seruilia con-  
bilium varia est natura; vnde aliae adhuc li-  
fiderationes. Ipsa idearum, quae radici accedunt, muta-  
terarum seruilia oriuntur distinctiones. Quae-  
dam eius sunt conditionis, ut salua ipsa obit.  
eti idea abesse nequeant, e. g. illae, quae ad  
determinanda ex radice deriuatiua applican-  
tur, porro quae sexum, quae numerum ob-  
jectorum in nominibus; et in verbis, quae va-  
rios mutationis seu operationis susceptae mo-  
dos,



dos, indicant, seu quibus coniugationes et tempora distinguuntur; *his enim sublati tota interdum, aut non saltim legitima obiecti idea manet.* Aliac vero determinationes mutabiles huius sunt *indolis*, ut, *vbi abessent, nihil tamen peculiare in idea periret*; ea, hisce quoque absentibus, adhuc possit intelligi, tales sunt e. g. particulae.

## §. 120.

Quicquid ad id, ut ens sit, quod sit, per-  
tinet, id ad essentialia rei referendum: quic-  
quid autem salua re abesse nequit, id omnino  
tale est: Hinc literae seruiles, quae prioris  
generis determinationes exprimunt, *essentiali-  
les*; quae posterioris, *extraessentiali-  
es* adpel-  
lantur. Vtriusque speciei literae vel voci  
praeponi, vel postponi possunt (§. 114.),  
quam ob considerationem literae seruiles no-  
uis insigniuntur nominibus. Literae seruiles  
essentiales praepositae scilicet voci, dicuntur  
*praeformatiua*, qualia speciatim in nominibus  
sunt literae **הָאַמְנָתִי** literae characteristicæ  
coniugationum ac temporum (§. 116.). Li-  
terae seruiles essentiales postpositae, *afforma-  
tiua* audiunt, qualia sunt notae generis, per-  
sonarum ac numeri in nominibus pariter ac  
verbis, item eaedem literae Heemanticae in  
nominibus (ibid.). Literae seruiles extraes-  
sentiales praepositae, *praefixa*, cuiusmodi  
particulae (ibid.); tales postpositae, *suffixa*,  
cuius generis pronomina possessiua.

Quid praefor-  
matiuum,  
afformatiuum,  
praefixum  
et suffixum?

SCHOL. *Danzius* l. c. §. 5. *Wasmuth* c. II Reg. XIII. seqq. *Opitius* eadem reg. hanc proponunt doctrinam. Addunt *Wasmuthius* cum aliis varia, de literis seruilibus extraessentilibus paragogicis ac epentheticis, de quibus breui mentem meam explicabo. Perspicimus omnino in voce quadam scripta signa literarum, quae, nisi ad ipsum vocis significatum aliquid addant (quod tamen ne temere afferamus, omnem nauemus operam), ad sonum tamen suani consensu moderandum faciunt, minus ad alia cognoscenda ac discernenda suum conferunt; non igitur erit, ut otiose adposita credamus huius generis signa, nisi nobis ipsis ob neglectam attentionem otium paraverimus. Prolixius sane esset, ubi multa huius generis literarum specimina hic exhibere velimus; Celeberrimi, quos allegauimus, Viri multis ad confirmandam suam sententiam vntur exemplis, quae vnam propria sua in sacris experientia conferre, rationes inuestigare atque per eas lucem huic doctrinae accendere studeat, solidioris linguarum peritiae cultor.

## §. 121.

Radix Hebraeis dicitur שָׂרֵךְ, vnde literae radicales אֲתִיוֹת שְׁרֵשִׁיות, seruiles vero אֲתִיוֹת הַפְּשָׁרְתִּיות.

PART.



## PART. I.

## CAP. II.

DE CONSONIS VNACVM VOCALI-  
BVS SIMVL SPECTATIS.

SEV

## DE SYLLABA.

## SECT. I.

## DE NATVRA EIVSDEM.

## §. 122.

Iam ea, quae de simplicioribus vocum parti-  
bus, Vocalibus atque Consonis sigillatim  
spectatis, obseruari merentur, declarauimus.  
Naturalis rerum series ad magis ex his compo-  
sita nos dicit. Tres prostant modi simpliciora  
haec componendi, combinatis nimirum vel  
duabus Vocalibus, vel duabus Consonis, vel  
una Confona cum Vocali. Duae Vocales simul  
comprehensae, *diphthongos* perficiunt. Duae  
Consonae absque Vocali non inter sonos refe-  
runtur (§. 30.), adeoque nulla earum do-  
ctrina datur. Confona vero cum Vocali simul  
sumta constituit syllabam (§. 16. Prol.). Pri-  
ma inde nostra doctrina agat de Diphthongis.

Nexus.

## §. 123.

In quacunque lingua non dantur soni Voca-  
lium composti, illa ignorat diphthongos  
(§. praec.), sed in lingua Hebraea tales non  
deprehenduntur, remouimus enim, quicquid  
eiusdem generis videbatur (§. 16. et §. 95.).

Hebreæ  
linguae  
Diphthongi  
ignotæ.

H 4

Diph-

T.



Diphthongi ergo Hebraeae linguae ignotae

SCHOL. Quae supra de Vocalibus impuris in syllaba composita diximus, ea in qualibet lingua sunt obvia, sed nullus Grammaticorum id vocat diphthongum; soni vero, quorum signa sunt *ae*, *ei*, *ui* etc. ad illos omni iure referuntur, in hisce enim *sonum diuersarum Vocalium coalescentem in unum seu compositum DISTINCTE percipimus.*

§. 124.

*Earum Hinc signa diuersarum Vocalium immediate quoque signa se subsequentium nulla agnoscit (per exper.), adeoque nulla diphthongorum signa (§. praec.).*

SCHOL. Neumannus in Clavi domus Heber P. III. p. 42. Buxtorf. Thes. Gram. p. 42. vnam cum aliis diphthongorum naturam et signa in L. H. deprehendi statuunt, sub diuersa tamen earum explicatione. Signa diphthongorum, quae Buxtorfius ostendit, falsissima esse, ipse Neumannus l. c. fatetur e. g. *αι*, *αι*, *ῃ*. hic vero ex nomine in scholis veterum Hebraeorum usitato, qui Vocales insertas et complantatas a nudis distinguebant, ac ex ipsa diphthongorum notione existentiam earum in L. H. probare annititur; sed quibusdam partim Vocalium signis falsum plane sonum e. g. *τω* (.) *ui* (§. 17.) tribuit, partim ea confundit, quae de Vocalibus impuris §. 21 Schol. et supra §. 16. differuimus. Hançce igitur doctrinam, tanquam Hebraeis ignotam, negligimus.

Ex duarum solum Consonarum compositione nullus prodit sonus, nedum doctrina quedam. Superest tertius modus, quo Consona una vel plures cum Vocali comprehenduntur.

§. 125.



## §. 125.

Dum Consona cum vnica Vocali simul comprehenditur, oritur *syllaba Hebraeorum*. Quid syllaba Hebraeorum?

SCHOL. Haud alienum a veritate videri, si in qualibet lingua haecce ad syllabam necessaria credimus, ea quae in Schol. §. 16. Prol. eūcimus, docent.

## §. 126.

Hinc *vt Consona* eaque ante *Vocalem* in syllaba Hebraeorum sit, necessarium omnino est; quot earum vero, num vnica semper, aut interdum plures, id ad mutabilia syllabae referimus; tot enim possunt concurrere, quot commode cum vnica Vocali possunt comprehendendi (§. praec.).

Quid  
necessarium  
et mutabile  
in eorum syl-  
labis?

## §. 127.

Plures cum vnica Vocali Consonantes simul possunt comprehendendi, ita, vt plures sint ante, plures post Vocalem (per exper.). Lingua in syllaba perfecta requirit, vt vox eiusque partes omnes terminandus distincte pronuncientur; quapropter et numerus Consonantium, cum vnica Vocali comprehendendarum, determinari ex perfecta seu distinctae pronunciationis idea debet.

Vnde  
numerus

## §. 128.

Quo plures Consonae sunt ante Vocalem, eo Duae ante rapidiori cursu ad Vocalem, qua mediante sonum suum edere possunt perceptibilem, pro peremus necesse est (§. 30.). Quo maiori vero celeritate aliquid perficitur, eo pauciora

tideimque  
post Vocalem  
esse possunt.

H 5 pos-



possunt distingui (per exper.), adeoque quo magis Consonarum numerus ante Vocalem agetur, eo magis sonus cuiusvis obscurior fit, nec regulis perfectae linguae, prouti decet, consulitur (§. praec.). Hinc, quum trium ante vel post unam Vocalem Consonarum pronunciatio plurimam partem difficilior fit, plures duabus cum unica Vocali Consonis tamante quam post illam comprehendere, salua linguae perfectione, non licet.

SCHOL. Tres, imo quatuor literas in principio coniungere posse, tam Germani, Latini, Graeci et Poloni aliique confirmant e.g. συληρος, ερατον, scribo, splen, schneiden, sprechen.

### §. 129.

Quod lingua  
Hebraea  
confirmat.

Lingua Hebraea hanc in exemplo comprobatur testatur perfectionem. Vnam minimum ante Vocalem ad syllabam refert literam, interdum plures, sed ad summum duae ante Vocalem totidemque post illam tantum comprehensuntur in unica syllaba. Prona hinc fluit consequentia, quod simulac tres literae cum unica vocali ante eam sint comprehendendae, tunc commodo addenda loco sit Vocalis commoda.

SCHOL. I. Ex obseruatione Grammaticorum *Vocalem* apud Hebreos sequi in una syllaba possunt literae numero ac indole variae. In medio vocis una tantum litera mota, e.g. בְּלֹבֶן, יִשְׁמָרֵן. Quiescens vel una מַצְאָתָה, שְׁנִינָה. vel duae, quorum unum tamen potius signum est literae insensibile ad radicem, significatum vel formam conservandam



dam praesens **רַבִּיאתְ**. Quiescibilis vel rurus signum literae insensibile ob eundem finem retentum, et litera mota. **מְלָאכֶתְ**.

**לְקֹרְאַתְכֶּם**. In fine vocis vel una mota **בְּנֵי**, **בְּנֵי קֹרְאָה**, **בְּנֵי קֹרְאָה**, vel quiescens una et alterum insensibile **בְּנֵי נֵי**, vel mota una et quiescens una **בְּנֵי נֵי**, conf. *Alttingius* l. c. p. 33.

SCHOL. 2. In superioribus adduximus casum, praeter quem plures adhuc dantur, in quibus duarum modo literarum concursus suadet aut integrum Vocalem aut partem saltem illius apponere: nec ipsa lingua Hebraea huncce modum ignorat, vti quotidiana docet experientia. Duo aut tria in sacris deprehenduntur in scriptione exempla, vbi tria ante vnam Vocalem signa apparent, cuius tamen ratio haud difficilis, e. g. **צְאַרְיוֹן**, et **צְאַרְיוֹן**. Ios. X. 24. it. Ios. XII. 20. cui tamen voci Masorethae adiungunt, **לَا קְרִי א'**.

### §. 130.

Sic **שְׁתִי** duas comprehendit syllabas tam nudas, quam esse poterunt, in **שְׁתִי** vna litera post Vocalem; in **לְנֵי** dueae ante Vocalem, in **בְּשֵׁךְ**, dueae post Vocalem; in **קְטֻלְתָה** vtrumque simul expressum perspicitur. Omnum igitur syllabarum possibilia specimina lingua Hebraeorum monstrat. Quibus addimus, quod ob varias rationes tres ante vnam Vocalem literae possint occurrere, noua inde Vocali adornanda. e. g. pro **בְּצִדְקָה**, **בְּצִדְקָה**, **בְּצִדְקָה**, pro



**בעבור, בעבור נארבה, נארבה** pro **נארבה, נארבה**  
de quibus plura inferius.

### §. 131.

Falsa  
conclusio.

Hinc a numero Consonarum ad numerum  
syllabarum concludere absolum est (§. praec.).

### §. 132.

Quot Vocales    In qualibet syllaba est Vocalis (§. 123.),  
tot syllabae    non nisi tamen vna (ibid.) ; adeoque *quot*  
*et v. v.*       *syllabae, tot Vocales et quot Vocales, tot syllabae,* a numero Vocalium ad eam syllabarum  
optima valet conclusio.

### §. 133.

Quaenam  
asyllabica.

Non vna Vocalis sine Consona, nec Consona sine Vocali apud Hebraeos constituit syllabam (§. 123.) : nec Vocalis cum Consona huic praeposita (ibid.). *Licet* igitur post Vocalem occurrat litera, nulla tamen earum sit ante Vocalem, tunc nulla quoque constituitur syllaba : hinc ה, י, ו, נ, ר, recte dicuntur asyllabica, ק vero syllabicum.

### §. 134.

A Consona    Nulla Vocalis sine praecedenti litera syllabam perficit (§. praec.) : adeoque *nulla apud*  
omnes syllabae incipiunt. *Hebraeos syllaba incipit a Vocali, a Consona*  
*omnes.*

SCHOL. Ex hisce multorum lectionem corrigere possumus, qui lenioribus literis, ab initio vel vocis vel syllabae constitutis, nullum plane diuersum a Vocali sonum tribuunt, qui אָדָם, אָבָרְבָּן, Edom, abad,  
וְכַנִּים,



וּבְנֵי יְרוֹשָׁלַיִם, Vbanim, Ierascha-  
laim auctis pluribus simul vitiis legunt.

## §. 135.

Quot Vocales, tot syllabae (§. 132.). Vbi-  
cunque duae Vocales in voce, ibi duae syl-  
labae: nulla tamen syllaba incipit a Vocali  
(§. praec.). Ergo nec duae Vocales imme-  
diate se inuicem possunt excipere, adeoque  
nec duo Vocalium signa. *Quod si* igitur in  
scriptione Hebraeorum duo Vocalium signa  
immediate se excipere videantur, unum ex il-  
lis signum simul Consonae erit, inter utraque  
Vocalium signa pronunciandum. e. g. קֹוְיִ Ko-wai, קֹוְיִם Ko-wim, קֹשֶׁת הָוָה.

Inter duo Vo-  
calium signa  
intercedat  
litera.

## §. 136.

Quaelibet syllaba requirit Consonam ante  
Vocalem, poterit tamen et post Vocalem in  
eadem syllaba adesse litera (§. 129.). In  
qualibet igitur syllaba vel litera est post Vo-  
calem, vel minus. *Quaelibet* porro *litera post*  
*Vocalem vel litera mota* est vel *quiescens*, il-  
lius sonus a Vocali diuersus, huius *cum* Vo-  
cali fere idem percipitur (83.).

Nexus  
cum sequen-  
tibus.

## §. 137.

Syllaba, in qua post Vocalem sonus literae Syllaba com-  
diuersus percipitur, audit *composita*, in qua posita  
nullus diuersus, *simplex*.

et simplex  
quid?

## §. 138.

Hinc syllaba, quae definit in literam mo- Alia ratione.  
tam est *composita* (§. praec. 85.), quae in  
Voca-



Vocalem seu literam quiescentem, simplex  
(ibid.).

SCHOL. מִזְבֵּחַ duae syllabae compositae; utraque syllaba simplex. Nec minus quilibet perspicit, quod ea in hocce ꝑo adducta consectoria potius sint, quae definitionum loco alii exhibent.

### §. 139.

**Consectorium.** Omnis syllaba Hebraeorum vel simplex est vel composita (§. 136. 137.).

SCHOL. Omnes Hebraeorum radices litterae quadam terminantur vel mota vel quiescentes. Nulla igitur vox primigenia terminatur Vocali. Hinc quando terminus in meram designat Vocalem, tunc non nuda est radix, sed alia simul in illo termino ut obtineat ratio, dubitari nequit. Ex hisce porro concipimus, cur plurimae accessiones incipiunt a Vocali, per quas haud raro in syllabis, aliisque hinc pendentibus oritur mutatio. e. g., מִלְּגָד, in plurali, addendo מְלָגָד, in suffixis מְלָאָה, מְלָאָה, quae in fine adiiciuntur, מְלָאָה praecedenti syllaba auellitur, per quam mutationem, hoc casu in syllabis sit confusio, ut sequentia declarabunt. Sic in בֵּית מִתְּהָרָה et huius generis pluribus idem occurrit.

### §. 140.

**Omnes syllabae** Omnes syllabae constituuntur per Consonantes agnoscunt et Vocalem (§. 125.). Consonae et Vocales temporis sunt soni (§. 2. et 30.). Quilibet sonus exigit ad sui formationem quoddam tempus (§. 7. per ideam soni et tempor.). Hinc quaelibet syllaba quoddam exigit temporis quantum, per par-



*partialia Consonarum et Vocalis temporis quanta compositum.*

SCHOL. Quodsi igitur eruimus, quodnam temporis quantum *Consona*, quodnam *Vocalis* et longa et breuis postulet, tunc haec simul sumta component totum syllabae ratione temporis, quo pronunciari debet, quantum. Ad famosum illud trium morarum principium nos nunc accingimus demonstrandum, quod, licet parum utilitatis habeat, quamue sine illo principio facile posseimus afferere, ideo ut curioso tantum lectori satisfaciamus, pluribus hancce doct. inam prosequamur.

### §. 141.

*Mora* est quantum temporis, quod ad sonum formandum sufficit. Quid mora.

SCHOL. Iusto specialiorem ideam formant ii, qui moram appellant illud temporis quantum, quod ad literam ante Vocalem pronunciandam requiritur.

### §. 142.

Et literae et Vocales quasdam agnoscunt temporis moras (§. praec. et 140.).

Et literis  
et Vocalibus  
competit.

### §. 143.

Quicunque sonus, assumto quodam temporis quanto pro vno, eodem durante seu huius interuallo formari potest, ille *unicam et simplicem* exigit temporis moram: quicunque vero ad sui formationem duplum illud summum, requirit, ille *duplicem temporis moram*.

Quinam  
sonus  
simplicem,  
quinam  
duplicem.

### §. 144.



## §. 144.

Litera vna  
simplicem  
postulat.

Quantulumcunque assumis temporis quantum pro vno, eodem durante litera vna pronunciari poterit; hinc *quaevis litera simplicem tantum temporis moram postulat* (§. praec.).

## §. 145.

Tam ante Vo-  
calem  
quam post  
illam  
sensibilis.

Quicquid de litera valet generatim, id de ea, quae ante et post Vocalem est, affirmandum venit, (per princ. Log.). *Vnica mora literae ante Vocalem, unica post Vocalem idem sensibili competit.*

## §. 146.

Duae ante Vo-  
calem literae  
vnicam mo-  
ram,  
totidein duae  
post Vocalem  
agnoscunt.  
Celeritas est quaedam temporis determinatio, et hinc in doctrina de moris, vbi opus est, attendenda (§ 141.). Plures literae ante Vocalem tanta celeritate ad Vocalem pronunciari debent, ut maior ad illas simul prouinciandas temporis mora haud transeat, quam in vnius ante Vocalem literae pronunciatione (§. 128.). Hinc apud Hebraeos *duae litterae ante Vocalem unicam tantum temporis moram agnoscunt* (§. praec.), *idem valet de duabus post Vocalem literis* (§. praec.).

SCHOL. ¶ et ¶ plures in pronunciando comprehendunt literas, quae vnico tamen signo exprimuntur, nec, vbi vnum ex illis immediate ante Vocalem deprehenditur, quisquam plures vna moras illis adscribit: ideo et duabus signis literarum, quae duas exprimunt literas, cum vnika Vocali combinatis, vt vna tantum competat mora, confirmatur.

## §. 147.



## §. 147.

In qualibet syllaba minimum vna, non raro In syllaba sim-  
 quoque duae literæ sunt ante Vocalem plici vnicæ  
 (§. 125. seq.). Minimum igitur vna mora per literas  
 per literam seu literas in ea deprehenditur: mora.  
 hinc syllaba, quæ tantum literam vel literas  
 ante Vocalem agnoscit, nullam vero aut fal-  
 tim non talem, quæ percipi possit, post Vo-  
 calem; illa non nisi vnicam per literas moram  
 exhibet (§. 145. et praec.). Atqui syllaba  
 simplex talis est (§. 137.). Ergo *syllaba sim-  
 ple ea dici poterit, in qua vnicæ per literam  
 seu per literas mora exprimi potest.*

## §. 148.

Litera ante Vocalem moram simplicem, ta-  
 lis post Vocalem sensibilis eandem requirit  
 (§. 145.). In quacunque igitur syllaba praet-  
 ter literam ante Vocalem, sensibilis quoque li-  
 tera post Vocalem necessaria est, illa duas tem-  
 poris per literas poscit moras. Sed syllaba  
 composita eius generis est (§. 138.). Hinc  
*in qualibet syllaba composita duæ deprehen-  
 duntur per literas temporis moræ.*

In syllaba  
composita  
duæ  
per literas.

SCHOL. 1. Eligunt alii haecce conjectaria tan-  
 quam characteres utriusque speciei syllaba-  
 rum completos, quo iure id fieri possit, ex  
 praecedentibus licet diiudicari.

SCHOL. 2. Huc referas ea, quæ in superiori-  
 bus §. 96. et 103. de literis quiescentibus com-  
 pensatis et non compensatis ratione temporis  
 et morarum adduximus. Haud absolum est,  
 literæ quiescenti non compensatae tribuere  
*Kochii Gram. Hebr.* I mo-



moram, quum interna eius vis nondum est per Vocalem longam expressa, quae in pronunciando semper percipitur.

§. 149.

**Quat moras  
exigunt  
Vocales.**

Vocales longae et breues differunt modis ratione temporis (§. 7.), ut 2. et 1. (§. 9.). Adeoque longa duplē moram, breuis unam postulat (§. 141.).

§. 150.

**Tot syllaba  
composita  
moras  
requirit.  
quot simplex.**

Quaelibet syllaba vel desinit in somum Vocalis, vel minus (§. 136.). In illa quiescimus in Vocali, in hac Consonam post Vocalē statim cum ea simul formamus seu Vocalē cum litera illa simul comprehendimus (per exper.): hinc idem plane temporis quantum vtraque syllabarum species in pronunciando requirit, ut eapropter *syllabae simplici tot adscribi queant morae, quot syllabae compostae* (§. 137.).

§. 151.

**In syllaba  
composita  
temporis moras  
sunt ordinarie  
tres.**

Syllaba composita duas exhibet per literas temporis moras (§. 148.), at Vocalis inter eas ut sit, necesse est (§. 137.), non longa, quia nullum Vocali tribui tempus protractum potest, ob literam cum Vocali simul comprehendendam (§. 137.). Ergo breuis, cui tamen non nisi unica temporis mora competit (§. 149.). Hisce simul sumtis *in syllaba composita ORDINARIE sunt tres morae.*

SCHOOL. Nullam hic consideramus peculiarem determinationem, quae postea syllabae per tonum accedere potest, sed syllabas naturaliter

ter spectatas (§. 125.). Hinc haec generalis, omnibusque linguis, in quibus eadem syllabae compositae est definitio, propria ex-surgit regula: IN SYLLABA COMPOSITA ORDINARIE SIT BREVIS VOCALIS.

## §. 152.

Quot morae sunt in syllaba composita, tot earum sunt in simplici (§. 150.). A. Tres ibi reperiuntur (§. praec.). Tot igitur exigit syllaba simplex. Sed unica tantum per literam seu literas exprimi in ea poterit (§. 147.). Ergo duae per Vocalem adhuc sunt constitutae. Non nisi autem Vocalis longa duplēcē supplere potest (§. 9.): Hinc in SYLLABA SIMPLICI VOCALIS LONGA DEPREHENDAT VR.

Tot  
in syllaba  
simplici.

SCHOL. De hac regula idem notandum est, quod §. 9. praec. monuimus.

## §. 153.

Quot moras requirit syllaba simplex, quot Tres igitur composita, tot omnes exigunt syllabae (§. 137.). omnes syllabae.  
Tres autem postulant (§. 151. et praec.). Ergo *omnes apud Hebraeos syllabae tres temporis moras in pronunciando requirunt.*

SCHOL. Haec propositio, quia plures inde veritates concipi debeant, vocatur *principium trium morarum*; quod, uti explicauimus, in lingua Hebraea et in qualibet alia, quae hasce agnoscit determinationes, semper existit. conf. Carpol. tr. de perfectione L. p. 100., qui idem dedit alia tamen ratione demonstratum. *Alessius* atque prae aliis *Danzius* primum hoc Grammatices Hebraeae principium esse opinan-



nantur. Non tamen hocce principium, quam duae illae potius regulae, quae et sine isto morarum principio declarari potuerint, tantam in lingua Hebraea ostendunt utilitatem, quibus maximum omnino statuendum est pretium, licet de moris nihil nossemus.

### §. 154.

**Non tamen in scriptione semper expressae.** Ideis cuiuslibet syllabarum speciei haec omnia no accommodata sunt, sed dolendum sane est, quod barum *in scriptione regularum minus constans seruetur ratio*. Deprehendimus ob diuersos respectus in syllaba composita Vocales longas, in simplici breues, imo idem vel absenti tono, ex quo huius adhuc mutationis reddi potest ratio, non raro obtinet. e. g. אֶלְעָזָר Iud. XIII. 8. לִפְסֹד 2. Paralip. XXXI. בֵּיקְרוֹתָךְ Ps. XLV. 10. אַעֲשָׂה, omnesque huius generis termini; τῶς Metegh enim illam adscribere vim, ut suppleat moram, infraius refutabimus.

### §. 155.

**Termini technici.** Syllabam Hebraei vocant סְגִיר segmentum scil. vocis polysyllabicae. Syllabam simplicem בְּבָרָה פְּשָׁוֶתָה. Compositum בְּבָרָה מִזְכְּבָתָה. Compositum

### SECT. II.

## DE PRIMARIA QVADAM SYLLABAE AFFECTIONE, TONO SCILICET.

### §. 156.

**Quid vox monosyllabica et polysyllabica?** Syllaba vna vel plures constituunt voces, quo respectu vox vnica constans syllaba, dicitur



citur *monosyllabica*, pluribus vero, *poly-  
syllabica*.

## §. 157.

Terminis utimur, vt mentem nostram cum Sonos audias  
aliis communicemus (§. 7. Prol.). Sunt ve- qui nos cupit  
ro termini voces (ibid.), quos per sonos de intelligere.  
clarauimus (§. 6. Prol.). Sonos igitur ille,  
qui nos intelligere cupit, audiat.

## §. 158.

*Quicquid iucunditati in audiendo inseruit, Iucunditati  
illi omni modo studendum est: quicquid illam ergo in audi-  
impedit, fugiendum, si mentem nostram alteri do inserui-  
per terminos declarare annitimus; alias ob endum.  
naturam animae omne iniucundum auersamur,  
nec sonos, quos edis, audire, nec cogitatio-  
nes tuas, quaecunque demum sint, cognosce-  
re lubenter volumus.*

## §. 159.

Vbi voces mere monosyllabicas inuicem Monosyllabi-  
connectimus, gratus minime prodibit sonus, ca per poly-  
qui tamen per iucundam cum polysyllabicis syllabica  
varietatem hac ex parte restituitur. Hinc vo- distincta ap-  
ces monosyllabicas in oratione cum polysyllabi- pareant.  
tis componere finis eiusdem commendat.

## §. 160.

Hisce iam praeparatis, aliud quod *nano-* Monotonia  
*Qwvia* efficit, addimus. Tota oratio com- cuitanda est.  
ponitur variii generis vocibus (§. praec.). Vna  
eademque sonorum eleuatione totam illarum



seriem pronunciare, summum auribus nostris creat taedium: Eam autem sonorum idemtatem, appellant *Monotoniam*, quae, prout fini sermonis adeoque et linguae contraria, evitanda est (§. 158.).

## §. 161.

**Non igitur  
eadem  
omnium Vo-  
cum  
sit eleuatio.**

Ex hisce inferimus, quod in toto orationis nexu aut vna vox p[re]e aliis quoad sonum sit eleuanda, aut quod in polysyllabicis maior vnius syllabae p[re]e reliquis eleuatio sit instituenda (§. praec.).

## §. 162.

**Et syllabarum  
eadem  
productio.**

Vbi vocem seu syllabam maiori p[re]e reliquis eleuatione pronunciamus, ibi maximam partem sonum illius vocis vel syllabae p[re]e reliquis quoque longius protrahimus (per exper.)

## §. 163.

**Quid tonus?**

Maior illa vnius vocis aut vnius syllabae p[re]e reliquis eleuatio id efficit, quod *tonum* appellamus: non inepte tamen agemus, p[re]cipue quando ad scriptionem Hebraeorum simul attenti, *tonum* in maiori eleuatione conexaque productione vnius syllabae p[re]e reliquis ponamus.

**SCHOL.** Nostra de sono suppeditata idea minus fit abundans, quia illa soni intensio extensio nem seu syllabae longitudinem non necessario secum habet connexam.

**Quaelibet  
polysyllabica**

§. 164.  
**Quaelibet vox praefertim polysyllabica**  
(vnius)



(vnius enim syllabae voces iam non confide-  
rantur) *habeat tonum* (§. praec. et 160.).

*vox habeat  
tonum.*

SCHOL. Quod non plures in uno termino vi-  
cini esse possint toni, sequentia monstrabunt.

§. 165.

Quaecunque syllaba tono est affecta, illa ma-  
iorem soni eleuationem connexam cum lon-  
giori eiusdem productione requirit, reliqua  
vel reliquis alia intensione et breuiori produ-  
ctione prolatis (§. 163.). Quicquid ratione  
temporis mutationem producit, id moras mu-  
tat (§. 141.): hinc *ea syllaba, quae tono af-  
fecta est, plures aut saltim, si hoc fieri ne-  
queat, inaequalem morarum numerum conti-  
neat, iis, quae in reliqua vel reliquis syllaba-  
bis deprehenduntur.*

Tonus  
mutationem  
in moris  
creat.

§. 166.

Omnes Hebraeorum syllabae tres temporis Adeoque plu-  
moras requirunt (§. 153.): ea proinde, quae res tribus  
tono afficitur, plures tribus exigit, adeoque in ea syllaba  
tonus Hebraeorum speciali significatu vocari  
poterit sonus morarum tribus plurium.

res tribus  
in ea syllaba  
sint.

§. 187.

Licet nunc accendentibus affectibus aut aliis  
mentis mutationibus vna saepe syllaba duplo tonus est sonus  
maiori tempore p[re] altera seu reliquis prō- 4. morarum.  
nunciari possit, vnde quinque vel sex, septem  
imo octo pluresue morae illi syllabae sint ad-  
scribendae: haec tamen magis *ad tonum lo-*  
*gice ac rhetorice spectatum, quam grammatic-*

tice talem pertinent. Grammaticis enim satis est, ubi ad tonum significandum inaequalitas morarum assumitur, quae tamen numerum ternarium excedentem, quantum fieri possit, exprimere debet. Hinc tonus ipsis est sonus quatuor morarum.

SCHOL. Omni iure illam de moris syllabarum supra demonstratam doctrinam hac in materia continuare voluimus, quum maioris productionis syllabae tono notatae mentionem inieccimus. Sed quum eadem temporis differentia in Vocalibus occurrat (§. 9.), ideo pro diuersa syllabarum natura statim potuissemus diuersam tonum exprimendi rationem expondere, quod paucis abhinc lineis fiet.

### §. 168.

Cessante tono  
cessant  
ab eo pen-  
denta.

Cessante ratione, cessat rationatum. Tono igitur ob incrementum aut alias rationes sua moto, cessare debet maior illius syllabae prae reliquis productio ac omnia reliqua quae inde pendunt, restituendo quaevis in statum ordinarium.

SCHOL. 1. Pro Vocali longa in syllaba composita ob tonum constituta, qui nunc ablatus est, quamdui syllaba manet composita ordinarie Vocalis breuis, eiusque signum apponendum est. Sic intelliges omnes illos casus, ubi ob ablatum tonum loco longae substituta perspicitur Vocalis breuis. e. g. בְּלָם pro כְּלָם, וּבְרַדְהַמְלָה עַז ex אַפְּוֹז et עַז ex אַפְּוֹז קֻדְשׁוֹ קֻדְשׁוֹ pro דְּבָר ex דְּבָר etc.

SCHOL. 2. Literae sine Vocalibus pronunciari  
ne-



nequeunt (§. 30. et 31.). Hinc et earum modo sonus protrahi aut eleuari non poterit; non igitur mireris, cur toni variatio, nullam in literis mutationem postulet, sed in Vocalibus tantum, his enim sigillatim spectatis tribui sonus vel protractus seu longior, vel acceleratus seu breuis potest.

## §. 169.

Scriptas nunc vbi perlustramus voces polysyllabicas; res sane non exigui est momenti, tonum in una earum syllaba scriptum quaerere, *vnius enim vocis pro varia toni collatione varius haud raro est significatus*, quod omnibus omnino linguis proprium est e. g. in voce *gabebet*, si tonum in penultima ponas, per latinorum DATE exprimendum venit; tono autem in ultima collocato, PRECES indicat. Ita Hebraeorum תְּבִלָּה et תְּבִלָּה, in illo termino tonus in ultima deprehenditur, atque orbem significat, in hoc tonus in penultima est, et confusionem notat. *Vbi inaequalitas morarum seu in syllaba composita Vocalis longa, in simplici breuis tunc demum deprehendetur, quando tonus syllabam afficeret, tunc signum ipsis ideis accommodatum haberemus* (§. 149. 150. et 166.). At vel tono sublatto aut absenti in monosyllabicis praesertim longa Vocalis in syllaba composita, in vocibus polysyllabicis Vocalis breuis in syllaba simplici reperiuntur. Hocce igitur toni signum, quod ex inaequalitate morarum desumitur, incertum, minusque constans esse haec abunde

Num tonus  
vbiique sit  
scriptus?



docent, cuius tamen defectus aliis certioribus signis, accentus intelligo tonicos, suppletur. Qua occasione de hisce, quantum ad Grammatices notitiam spectant generatim quaedam proferamus.

§. 170.

De accentibus  
Hebraeorum,  
num sint  
signa toni?

*Accentus Hebraeorum* non propter varias sonorum modulationes, musicis familiares, sed *ut legitimam terminorum coniunctionem et separationem indicent, codici S. adiectos esse, accuratiores Philologi statuunt omnes.* Hinc *ad sensum rite determinandum nimium quantum faciunt, nec alia prorsus auctoritate apponi potuerunt, nisi illius, cui de sensu SSat disponendo ius est; id quod soli Deo, tanquam sacrarum literarum auctori, competit.* Una horum signorum heec est *perfectio. Accedit altera, quae in eo consistit, quod plurimorum inter eos adhuc sit officium, ut eo loco, quo apparent, tonum vocis adesse indicent, tonici id ob negotium appellati.* Haec tamen circa illos obserues. Alii eorum sub termino scripto, ad apicem signorum literarum alii tantum constituuntur. *Quicunque accentus tonici ad apices tantum literarum collocantur, illi medium exacte signi literae, cui superne adponendi sunt, et sub quo Vocalis tono affecta deprehenditur, occupare debent: quodsi vero tales eodem, quo signa Vocalium ponunt, ordine constitui debeant, tunc signum, quod accentum exprimit, ad sinistrum Vocalis tono affectae latus apponatur.* His ita con-

stitu-

stitutis, facile est sedem toni indagare. Alia tamen ratio est accentuum, quos prae- et postpositios vocant: Illorum praeposituorum signa primo in voce literae signo superne adiiciuntur, horum postposituorum locus ordinarie est super ultimo in voce literae signo, quacunque caeterum in syllaba tonus inueniatur. Sed quum numerus horum, tertiae modo accentuum tonicorum parti aequalis sit; aliae tunc prostant notae, ex quibus sedes toni determinari atque cognosci poterit. Reliqua interim leuioris momenti dubia breuitatis ergo silentio praeterimus.

SCHOL. E re minus nostra loco esse ducimus, vt accentus tam quad signa, quam quod ad eorum officia prolixius delineemus; quum accuratior eorum meditatio peculiaribus et libris et collegiis nunc destinata sit, atque demandata.

### §. 171.

Ex hisce, ni fallor, patebit, *accentus* non si- Sunt omnino ne iniuria et *in lingua Hebraea* vocari posse signa toni.  
signa toni.

SCHOL. 1. Sic dubio quorundam satisfieri credimus, quando duplex hocce accentuum officium in lingua Hebraea obtinere ambigunt. Ipse Vener. Loescherus l. c. p. 325. *Accentus, vocat, toni indices, atque syllabam, tono affectam, dignorem, in qua nervus vocis residat.*

SCHOL. 2. Multas omnino speciales de sede toni regulas, sed multis exceptionibus impeditas proferunt excellentissimi Philologorum, ac inter illos Cel. Danzius §. 16. qui omnes tamen ex situ accentuum in voce scripta or- tum



tum suum trahunt; Praecipuas illarum, quae ad distinguendum in primis unum ab altero faciunt, suo quamlibet loco stabilienius.

SCHOOL, 3. Tonus est affectio quaedam syllabae (§. 163.). Eaque talis, quae maiori illam elevatione et plerumque etiam productione suadet pronunciandam. Ad syllabam pertinet 1) Consona sed 2) cum unica Vocali coniuncta (133.), adeoque Consona sine Vocali nunquam constituet syllabam nec tonus in illa sola suam vim exercere poterit. Quando igitur ob suas rationes tonus retrahitur loco, ubi nulla integra syllaba sed litera modo adest, Vocali destituta; tunc id quod syllabam perficit, suppleatur, Vocalis vel illa quae ante incrementum adfuit, vel alia, quae sponte sese offert commoda, addatur. Hocce non minus quam alterum, quod pro Vocali breui assumatur longa in syllaba composita, Grammatici nonnulli adscribunt accentibus, in quibus tamen circulus in demonstrando committi videtur, qui ex iis, quae diximus, facili negotio detegitur.

### §. 172.

Tonus vel est Per tonum *μανοφωνίαν* studemus euitare in ultima (§. 160. 163.): Sonum, qui his vel illis graviter penultima. tissimus est, aliis quam maxime esse ingratum, quotidiana docet experientia: cuius ratio in diuersa fibrillarum in auribus neruearum strutura et dispositione, quam clima maximam partem determinat, quaerenda est. Sic Hebraeorum auribus ingratus omnino est sonus, si tonus ponatur in ea vocis polysyllabicae syllaba, quam duae, tres, aut plures in eodem termino sequuntur. Fugienda tamen omnis generis *μανοφωνία* in qualibet lingua est,

hinc



hinc et in lingua Hebraea, quae tonum in vocibus polysyllabitis fere semper ad ultimam transfert, interdum quoque eam ad penultimam remittit.

SCHOL. Quod toni praesentia in antepenultima aut in syllabis a fine adhuc remotioribus *nanο<sup>Q</sup>ωνιαν* non absolute talem creet: id ex aliis linguis, latina, graeca etc. probari poterit, quae tamen omnes suauem omnino quamplurimis suorum terminorum pronunciationem insinuant.

### §. 173.

Tonus in lingua Hebraea ad ultimas semper syllabas refertur (§. praec.), ut breuiori inde temporis momento quaelibet, quae precedunt, efferti debeant, idea illius exigit (§. 165. et 163.). Hinc idem ille respectus occasionem suppeditare poterit ad id, ut ipsa vox multis constant syllabis, per vnam abiectam fiat breuior, adeoque, ut vna Vocalis non propter tonum, sed ob alia incrementa, per quae tonus simul aufertur, abiiciatur. De quibus explicatiorem inferius dabitus declarationem.

### §. 174.

Quaelibet vox praesertim polysyllabica agnoscit tonum (§. 164.), qui semper vel in ultima vel in penultima deprehenditur (§. 172.). Si in ultima, tunc plures uno adesse nequeunt, si in penultima, tunc id modo fit ob varietatem (ibid.). Ergo quaelibet vox, praecipue polysyllabica habeat tonum eumque unicum.

SCHOL.

Tonus occa-  
sionem  
suppeditat,  
ad id  
ut vox fiat  
breuior.



SCHOL. Varias omnino accessiones terminus recipere potest, pro diuerso illo modo, quo ea quae ideae accedunt, exprimi solent. Quando igitur terminus ante hoc incrementum iam habuit tonum, ille tamen per augmentum illud multiplicari nequit, sed, ubi opus est, pristina sua sede mouetur, ad ultimam vel penultimam eiusdem termini aucti: ut universalis plane ratione possimus asserere, quod unica vox integra, qua talis spectata, unicum habeat tonum.

### §. 175.

**Sic duae et plures voces** ro termini, qui unam modo ideam determinant, ut unica natam significant, et ob id ipsum considerari spectatae, unicūm cum.

Sunt haud raro duo, tres vel plures numeri et plures voces ro termini, qui unam modo ideam determinant, ut unica natam significant, et ob id ipsum considerari spectatae, unicūm cum. merentur tanquam unica vox polysyllabica. Unica vox, unicum tantum agnoscit tonum (§. praec.), hinc, licet, quod ad terminorum numerum, plures adesse videantur toni, unicūm tamen illo casu tantum in ultima vel penultima illius termini integrè considerati comprehenditur.

### §. 176.

**Quaedam ex illis amittere** tonum debent. Ex pluribus illis terminis quilibet ante atriorem huncce idearum nexum tonum agnoscere potest, qui plures tamen sese resoluunt in unum, quando plures illi termini modo tanquam unica vox polysyllabica spectantur. Quidam igitur ex illis tonum amittere debent, quinam vero, iam demonstrabimus.

### §. 177.

**Quaenam vero?** Assumas duos numero terminos, quibus unicus tantum competit tonus; altera nunc vox quae



quae cum priori combinatur, vel unica modo constat syllaba, vel duabus et pluribus. Si illud, tunc illa syllaba protrahitur, et tonus in altero termino est; si hoc, tunc tonus ad antepenultimam referre nequit, adeoque ad priorem vocem nunquam redit; *prior igitur vox tonum semper amittit, qui in altera ordinarie manet.*

## §. 178.

Sublato tono, tolluntur omnia cum eo conexa (§. 168.). Hinc loco signi Vocalis longae in syllaba composita, quod ad denotandum tonum aderat, cognatae breuis signum adoptatur (*ibid.*), aut ex aliis accedentibus rationibus vox redditur breuior, quo de infra agemus.

SCHOL. **כָּל אַךְ** pro **כָּל־אַךְ**.

**אֶת־פְּלֵפֶת בָּרֶךְ יְהוָה** ex **רְבָרִיְהָה**  
pro **אֶת**.

## §. 179.

Vt eo certiores simus, quod arctior hic nexus inter duos vel plures obtineat terminos, qui ex contextu fere semper agnosci potest, signo quodam in scriptione nonnunquam solliciti punctatores, uti vocantur, id indicarunt. Signum illud, ex quo arctior vocum nexus agnosci potest, appellatur *Makkeph*, ipsum signum est lineola transuersa inter voces nexum hunc agnoscentes protracta.

Quid  
Makkeph.

SCHOL.



**מְהֻלָּכָה**, **כָּל־אִשְׁר־לוֹ**

SCHOL. *Altingius, Neumannus, Loescherus, Wasmuthius, Opitus* lineolam illam vocant Mackaph, quam vocem *Neumannus* cum *Ven. Loescheru* ex Hebraica radice, suis tamen hypothesibus conuentienti deriuat, sed *B. Danzius* falsam illam testatur deriuationem, quum uti nomen spectatum, non ipse nexus, sed signum modo illius per hancce indicetur lineolam. Idem summi nominis philologus **מקב** descendere perhibet a rad. Syriac. **נקב**: Part. Aphel pro **נקב** (§. 47.). Radix illa denotat copulare, in praesenti partic. copulans et praet. part. copulatum.

SCHOL. 2. De vocibus per Makkeph copulatis idem valere, quod de pluribus terminis, qui vnicam ideam magis determinatam indigitant, facile erit ad intelligendum, signum enim huius negotii haec modo lineola est. *Vener. Loescherus* de causis L. H. *Maccaph*, inquit, arctissimi nexus nota est, atque ex duabus bothus, earumque ideis unam facit.

### §. 180.

Termini  
technici.

Tonum Grammatici Iudeorum vocant **טַעַת**. Vox, quae tonum habet in ultima, voce Chaldaica **מֶלֶעַת**, quae est Hebraica **מִתְחַת**. Latinis acuta, Graecis ὀξύτονος. Quae illum in penultima, **מְלַעַל**, id est lat. penacula, gr. παροξύτονος.

SECT. III.



## SECT. III.

DE

SIGNIS SEV NOTIS QVIBVSDAM,  
QVAE SIGNA LITERARVM, IN SYLLA-  
BA CONSTITVTARVM, AF-  
FICIVNT.

## §. 181.

Praeter signa literarum, signa Vocalium et Dantur adhuc accentuum, alia adhuc perspiciuntur in scri-  
ptione signa, quae prius tamen exponi ne-  
queunt, quam vbi priores illae doctrinae  
omnes, quas iam exposuimus, sint exhibitae.  
Varia illorum tamen numeramus, *Makkeph*, de  
quo paulo ante, *Schuaim omnes*, *Mappick*, *Pa-*  
*tach furtium*, *Metegh* et *Dagesch vtrumque*.  
Haec signa peculiarem rursus inter se exigunt  
ordinem, quo nihil antiquius, in hac, qua  
scribimus, methodo habemus. Ea, qua vnum  
alterum excipiet, serie signa haecce iam dispo-  
suimus, ac primo quidem loco differemus,

multa  
in scriptione  
signa.

DE SCHVA HEBRAEORVM  
ET SIMPLICI ET COMPOSITO.

## §. 182.

Tametsi quaelibet litera, adeoque et illius  
signum, sigillatim spectatum, sine Vocali non et post vnam  
possit sonum edere, neque tamen non duas  
commode literas cum vnica Vocali compre-  
hendere, et sic duo literarum signa ad vnum  
Vocalis signum referri posse, supra (§. 128.)

Duae ante  
Vocalem  
literae esse  
poterunt.

Kochii Gram. Hebr. K osten-



ostendimus. Eadem ratio est literae vel unius  
vel duarum post Vocalem.

### §. 183.

**Quodnam signum literae et signum Vocalis nihil intercedit, illud est immediate ante Vocalem.** Quodsi vero inter quoddam signum literae et signum Vocalis alia litera intercedit, illud est mediate ante Vocalem. Idem valet de signo literae immediate et mediate post Vocalem.

SCHOL. e. g. בְּ נִי mediate est, בְּ immediate ante Vocalem נִירָא, נִ immediate post Vocalem.

### §. 184.

**Vnica apud Hebraeos litera mediate ante et post Vocalem est.** In Hebraeorum lingua vnica tantum litera in syllaba mediate ante et post Vocalem est, et post Vocalem possibiliterum dein affirmandum venit.

lis.

### §. 185.

**Signum absentis Vocalis.** Signum literae, quod mediate ante Vocalem est, nullam secum immediate coniunctam habet Vocalem (§. 183.). Quum illud tam per se aequem mereatur signum Vocalis alterum, quod immediate tale sequitur; imprudentes ideo in eam possint ruere sententiam, acsi Vocalis signum sit omissum; hinc sola lingua Hebraea ad stuporem usque circumspecta, vniuersitatis huius literalis in scribendo aliquod extare voluit signum.

SCHOL. Ultima haec verba Neumannus per quam app-



apposite in hacce materia affert, in Clavi domus Heber P. III. p. 58.

## §. 186.

Signum illud indicans, sub signo literae nul- Quid Schua?  
lum esse signum Vocalis quaerendum, vocatur  
Schua. Scribitur per duo puncta perpendiculariter erecta.

SCHOL. Schua ab aliis נוּשׁ, ab aliis נֹנֶשׁ,  
ac tandem a nonnullis נָבָשׁ scribitur. Prioris  
scriptionis amici deriuant illud ex נוּשׁ,  
quod vanitatem proprie notat, ac, ut Loescheri  
verbis vtar, ob hancce similitudinem ita  
dictum, quia sonus huius puncti omnium va-  
nissimus sit et leuissime transeat. Alterius vocis  
patroni deducunt eam a rad. נֹנֶשׁ, quae  
aequalitatem designat, quod Schua sese habeat  
aequaliter ad omnes Vocales, et de omnium  
sono participare possit. Tertium nomen de-  
ducunt ex radice נוּשׁ, quod chaldaicae eslet  
formationis, ideo sic dictum, quod schua syl-  
labam compositam ad sua initia reducat. Ex-  
cerpsimus haec ex Loescheri l. de caus. L. H.  
p. 319. Primae vocis significatus ex omnibus  
reliquis nobis arridet. Interim non est ne-  
gandum, quod et antiquiores distinxerint in-  
ter נוּשׁ et נָבָשׁ conf. Pfeifferi introduct.  
in orientem disp. IV. qu. 5. de qua dein plura.

## §. 187.

Schua indicat absentiam Vocalis sub signo Schua ponitur  
literae in scriptione (§. praec. et 185.), hicac eo oco,  
huic debet apponi, eoque loco, quo signum quo signum  
Vocalis iam absensis deprehendi solet; quem Vocalis.



tamdiu locum occupet, donec ipsa Vocalis redeat.

### §. 188.

**Quando schua  
necessarium  
est,  
quando mi-  
nus.**

*Vbinam igitur signum Vocalis, quod plane non adest, quaeras, ibi ut per signum aliquod de eiusdem absentia monearis, haud absolum est, ibi schua ponas. Vbi vero nunquam Vocalem quandam sub signo literae in scriptione quaeras; ibi, licet nulla adsit, non est, cur monearis de eius absentia: Ergo ibi quoque Schua ut exprimetur, necessarium non est.*

**Ex hisce regulis generalibus speciales nunc de-  
riuabimus.**

### §. 189.

**Sub quiescen-  
tibus schua  
esse nequit.**

*Quascunque literas nulla vñquam sequi debet Vocalis, sub illis nullam quaeremus, ac schua tunc esset superfluum, imo sine ratione positum (§. praec.). At literas quiescentes, qua tales, nulla vñquam Vocalis immediate sequi debet (§. 91.). Per consequens nullam vñquam sub illis quaeres Vocalem, adeoque licet nulla adsit, sine omni tamen ratione schua apponatur. Imo simulac litera quiescibilis fit quiescens, schua, si quod adsit, tolli debet.*

### §. 190.

**Sub motis  
igitur tantum.**

*Omnia literarum signa, quae scriptam vo-  
cem constituunt, vel sunt signa literarum mo-  
tarum, vel quiescentium vel plane insensibili-  
um (§. 85. Schol.), quae tamen maximam  
partem vti quiescentium signa considerantur,  
(ibid.).*



sub signis literarum in scriptione, certis positis conditionibus, deprehendi debet schua (§. 186.), non tamen sub quiescentium signis (§. praec.). Ergo *schua locum modo tuetur sub signis literarum motarum, quae non immediate secum vnitum habent signum Vocalis* (§. praec.), et contra *sub quocunque literae signo schua expressum perspicitur, illud est signum literae motae*, imo tamdiu litera quiescibilis habetur pro mota, quamdiu in scriptione hoc signum habet adscriptum. Nouum hoc est literae motae criterium (§. 95.).

## §. 191.

Vbicunque nec post signum literae motae **Vnica litera Vocalis** facile quaerimus, ibi in scriptione **post Vocalis** eius signum vix credimus omissum, nec ibi **in fine nullum schua** schua necessarium est (§. 186.). A. vbi in **fine vocis vnum tantum sit signum literae immediate post Vocalis**, eo casu, licet **sub ultimo** hoc literae signo nulla exstet Vocalis, eam tamen non facile ibi praesumimus omissam (per exper.). Hinc **sub ultimo literae signo, quando unicum immediate post Vocalis deprehenditur, haud opus est τῷ schua.**

SCHOL. Quia signum finale נ frequenter signum Vocalis solet sequi, ideo ratio adest, cur eodem Vocalis absentis loco schua colloces, hac ratione נ, נְנִנָּה, נְנִנָּה. Cur in נְנִנָּה perspiciatur, longa non eget probatione, punctum enim geminam huius literae figuram exprimit.



## §. 192.

**Quibus  
in casibus  
ponendum sit.**

Sub signo literae motae 1) *mediate ante Vocalē* קְטַלָּה, שְׁנִי, מְנֻעַ, signum eiusdem omnissimum videtur; idem sub signo literae motae, 2) *mediate post Vocalē* רְשָׁק, קְטַלָּת. Hisce igitur casibus schua per ideam suam necessarium est (§. 184. 186.), hinc scribimus קְטַלָּת, יְשָׁק, קְטַלָּה, שְׁנִי, dein קְטַלָּת, יְשָׁק. sub ו et ל in hisce exemplis vacuum adest, nec tamen pro solis post Vocalē in fine literis haberi queunt, hinc, quum alias tam immediate quam mediate sequatur Vocalis, quae hic plane exulat, *sub iisdem illis literarum signis* schua omni iure apponitur, קְטַלָּת, יְשָׁק.

3) *sub signo literae motae immediate post Vocalē in fine syllabae, sed in medio vocis,* si nullum immediate sub se agnoscat Vocalis signum, schua supernacaneum non erit (§. 184 et 186. e. g. שְׁבָתָן, יְשָׁמְרוֹ).

Interiorem nunc τὸ schua naturam distingue-  
plicabimus, ex qua patebit, num ullum me-  
reatur sonum?

## §. 193.

**Nom  
τῷ Schua  
sonus compe-  
titat?**

Quocunque signum nullum plane sonum indicare debet, imo contrarium manifeste indicit, id scilicet, ut nequaquam sonum ultiore addamus, illi sonum quendam tribuentem absolum est, quem ullum aliud (ex termino). At vero schua 1) est signum nullius soni: integer enim termini sonus omnibus ad min-

num



mum usque signis expressus est sine hocce signo.  
Sint e. g. soni Schnehem, Mdabber, Mritem,  
Ktaltem, qui plene ita scribuntur: שְׁנִיחָם, מְרַבֵּר  
קְטֻלְתָּה, מְרוֹתָה, מְרוֹבָּר, ita ut ne mi-  
nimum sit in sono, quod non esset in signis,  
adeoque adiectum dein schua non est signum  
soni. 2) Schua tale signum est, quod indicat,  
ut nequaquam sonum quendam addamus: eum  
enim in finem apponitur, ut omnem plane Vo-  
calem ibi credamus absentem (§. 186.), adeo-  
que et quemcumque Vocalis sonum. Ex hisce  
firmiter concludimus, quod nullus plane τῷ  
schua sonus competit. Ut aliorum tamen Phi-  
lologorum consensum atque sententiam eo ac-  
curatius perspiciamus, differentiam eiusdem,  
ex varia illius sede natam, praemittamus.

## §. 194.

Schua vel sub signo literae mediate ante Vocalem, vel sub signo literae post Vocalem schua mobile deprehenditur (§. 190.). Illud dicimus *schua et quiescens. initiale seu mobile, hoc vero schua finale seit quiescens.*

SCHOL. Quam inter schua initiale et mobile, finale et quiescens alii statuant distinctionem, non ignoramus. Ne termini tamen ultra modum augeantur duos eiusdem modo respectus principales attendimus, quum eaeteri omnes illis includantur. Sic schua initiale illud est, quod tam ab inicio vocis, quam syllabae; schua finale, quod tam in fine syllabae, quam vocis deprehenditur. Schua initiale cum antiquioribus Neumannus appellat שְׁבָא, finale נְוָעָן.

## §. 195.

Quae circa Nullus vñquam Philologorum τῷ schwa  
vtramque spe- quiescenti seu finali vel umbram tantum soni  
ciem attribuit, quin mutum illud appellitent; sed  
ratione soni omnes fere τῷ schwa mobili rapidissimum quen-  
notanda sunt. dam concedunt, qualem vero eidem assident,  
in eo ambigunt. Plurimi, quo iure nescio,  
sonum E rapidissimum, alii, qui aequiores sum-  
cundem, quem proxime sequens Vocalis pos-  
lat sonum, τῷ schwa adiudicandum suadent.  
Facillimo iam negotio comprehendere licet,  
quam ob rem vni speciei τὸ schwa sonum quen-  
dam non contradicere statuant, et cur alteri  
denegent. Fundamentum eius vñice latet in  
difficultate, quam vnio duarum Consonarum in  
pronunciando creat, praesertim ubi tales ante  
vniam Vocalem Consonae concurrunt, quae vel  
plane non sine interuenienti Vocalis cuiusdam  
sono distincte pronunciari possunt, aut in con-  
cursu talium, quae in ea, qua nascimur, aut,  
qua a puero asuescimus lingua nunquam aut  
raro saltim combinantur e. g. ls, mb, lm, bm etc.  
לְמַר. בְּמוֹשֵׁב, מִבְשֵׁר, לְסָאֵן. Nec vi-  
lum enim negotium faceſſitabit harum litera-  
rum cum vñica vocali comprehensio, בְּרוֹ  
סָלוֹ שְׁנִי, קְטַלָּה, פְּלוֹנִי  
Schne, Slav. Sed generatim notamus, quod  
primo in combinatione talium literarum, quae  
distincte sine intercedenti quodam Vocalis sono  
plane pronunciari nequeunt, e. g. quando  
duae eaedem numero aut proximae eiusdem  
orga-



organis literae immediate concurrunt, ללו, רר, מם, יב, non sonus τῳ schua tribui debat, sed sonum illum quilibet edat, necesse fuit, antequam ad ullam cogitet scriptionem, et licet nullum literae et Vocalis signum unquam nouerit, aut scriptum legere sermonem didicerit. Omnem eo magis veri speciem amittet illa agendi ratio, quando ob nimium otium minusque exercitatam, in comprehendendis duabus ad unam Vocalem literis, linguam sonum Vocalis sine necessitate interponimus; tantuin abest, ut errores augentes erroribus, certum illum et ob commodum nostrum determinatum sonum τῳ schua, signo in scriptione absentis Vocalis locum occupanti, adiudicemus tanquam illi proprium.

SCHOL. 1. Veram huius omnino controuersiae rationem enucleasse certo credimus. Consensum in omnibus a multis philologis passim perspicimus Altingius schua vocat notam absontis soni, in fundam. L. S. p. 13. sed p. 40. l. c. Schuati simplici, inquit, tam mobili quam quiescenti, nullus debetur sonus, quum soni seu Vocalis priuationem significet. Neumannus Clauī domus Heb- p. 60. Quod fulgur est oculis, hoc minister, ita schua nominant, est auribus. Illi, qui opinantur, quod quemlibet schua sonum recipere possit, allegant Graecorum linguam, in qua per quascunque Vocales schua exprimeretur:

## Consensus.

א) בְּאֹתָה כִּנְעֹן χαναָאַנְׁ, σαθאָאַט  
אַוְשׁ קְרִיוֹתָאַסְׁ אַסְׁחָאָגְוָאַתָּאַסְׁ.

ב) בְּבוֹרָה χֵצְבָּיְמָן, מְבָזָזָאַסְׁ בְּרוּכִים.

K 5

ו) ו)



אַלְלוֹתָה תְּלִוָּה וְלִבְנָוָן (א) אַלְלוֹתָה  
אַלְלוֹתָה וְלִבְנָוָן (א) אַלְלוֹתָה  
אַלְלוֹתָה וְלִבְנָוָן (א) אַלְלוֹתָה

סְרוּם (ב) פֵּעָז, φογάδ.

שְׁבוֹאָל (ב) פְּלִשְׁתִּי Φυλακίος, σφεβάνα.

SCHOL. 2. Unicum adhuc monebo; schua non nulli appellant Vocalem spuriam, cui opponunt veri nominis *Vocales*, quas dicunt, *heras*. Rectius tamen illo nomine abstinerent, quum ne minimum de Vocali hoc ipsum schua indicet. Vocalis igitur spuria nulla Vocalis est, et ubi nec vlla ideae Vocalis pars, ibi nec nomen, quicquid demum opponas, esse poterit.

### §. 196.

**Schua** Vbi schua, ibi nulla plane Vocalis (§. praec.).  
cum litera Vbi nulla Vocalis, ibi nulla syllaba (§. 125.).  
nullam perficit **schua** igitur cum suo literae signo nullam constituere poterit syllabam. Quum nullus ei quoque sonus sit tribuendus, nullam quoque moram, quantulam cunque eam concipis, exigit (§. 141.). Mirum est, quod omnes Grammatici haec consectaria de schua proferant, neque tamen non sonum eidem vindicent.

Accedimus nunc ad doctrinam de schua simplici et composito, quam ex diuersa literarum natura esse ortam, ea, quae sequuntur, docebunt.

### §. 197.

**Transitus** Quodlibet signum literae motae mediate  
**ad doctrinam** ante Vocalem notetur schua (§. 192.). Si  
**de schua** gna literarum gutturalium ante Vocalem sunt  
**composito.** signa



signa literarum motarum (§. 85.). Ergo sub signis literarum gutturalium mediate ante Vocalem itidem reperiatur schua. Sed quum peculiaris harum literarum vbique obtineat ratio, idcirco et in hacce materia attendi mereantur.

## §. 198.

Vt vna litera gutturalis ob difficultorem, **Gutturalis**  
quae huius Consonarum speciei propria est, **mediate**  
formationem rite pronunciari possit, non satis **ante Vocalem**  
vbique est, vt Vocalis quaecunque immedia- **aliquo**  
te sequatur, sed primam p<sup>rae</sup> aliis commodam **ad pronunci-**  
secum vniendam amant Vocalem (§. 49.). **dio vtitur.**  
Quanto vero magis augebitur difficultas, si li-  
tera gutturalis nullam plane immediate secum  
coniunctam ostendat Vocalem, sed vnam  
alia adhuc litera ad vnam referri debeat Vo-  
calem, quod ob vniōem duarum Consona-  
rum ante vnicam Vocalem fieri potest, atque,  
ne omnes termini sint nimis longiores, fieri  
saepius debet (§. 125. seqq.). Hinc *neces-*  
*sitate ducti ibi semper, ubi gutturalis mediate*  
*est ante Vocalem, aliquid de sono Vocalis, ut*  
*huius literae leuemus pronunciationem, inter-*  
*ponimus; adeoque quum scriptio, quantum*  
poterit, imitetur soni naturam (§. 35. Prol.),  
Schua quidem ob absentiam Vocalis sub gut-  
turali mediate ante Vocalem necessarium est,  
sed vt particula illa soni Vocalis significetur,  
associandum τω schua aliud venit signum.

SCHOL. I. Noua hinc itidem exsurgit probatio  
pro nostra, quam de schua eiusque soni de-  
fectu



fectu alimus, sententia. Ponamus, quod vni-  
quam τῷ schua mobili additus fuisset sonus  
E, aut aliis quiuis celerrimus, tunc non  
video, quam ob rationem duobus hisce pun-  
ctis sub gutturalibus adiecerint signa Vocali-  
lum breuum, quae omnium consensu ad le-  
uandam gutturalium pronunciationem appo-  
nuntur, quae eam ob causam difficulter fit,  
quia gutturalis immediate comodam minus  
secum coniunctam habet Vocalem, vt ideo  
pars quaedam Vocalis, ex necessitate interpo-  
nenda, significetur.

SCHOL. 2. Omnium optime hoc de negotio  
differit summus Neumannus in Clavi domus  
Heber P. III. p. 61. Minister hic, schua sim-  
plex intelligit, ob rapidissimam, inquit, quam  
facit literarum collisionem cum subtili illa, tar-  
da atque ore diducto instituenda pronunciatione,  
qualem postulant literae gutturales stare nequit;  
- - - aliter igitur rei consulendum erat: mi-  
nistro scilicet adiicitur una vel altera Vocalis  
breuis, et sic motus illius rapidissimus et literis  
gutturalibus intolerabilis Vocali hac aliquo mo-  
do retardetur: - - - quo modo tandem sonu  
prodibit ita mediocris, et per eum vox quidem  
ipsa abbrevietur, naturae tamen gutturalium  
nulla inferatur vis.

### §. 199.

In quonam  
hocce subsi-  
dium  
consistat,

Vbicunque non sonus Vocalis integrae, sed  
eius potius absentia, coniuncta tamen cum ali-  
qua Vocalis parte seu sono celerrimo signifi-  
canda est, ibi non nudum schua, sed aliquid  
cum eo combinatum exprimi debet (§. 186).  
Nullum vero signum quod partem soni Vocali-  
lis indicat, praeter ipsa signa Vocalium, adest;  
hinc cum schuate componendum est signum Vo-  
calis



calis: non longae, quia tantum temporis spatiū hic applicari nequit, quantum formatio Vocalis longae requirit; imo id temporis momentum, quod Vocalis exigit breuis, iam plus exprimit, quam exprimere debet, sed *signo minoris distinctionis substituti, illud assumere cogimur*: adeoque *signum Vocalis breuis combinandum est cum schua*. Num vero quoduis earundem, aut saltim quaedam, id ex signo *r̄g schua et signo Vocalis combinandae decidendum venit*; ex quibus inferimus, quod, quum chireck cum schua combinatum non euictandam ponat confusione m cum saegol; Kübbuz vero illi appositum punctorum multitudinem et signi prolixitatē efficiat, nec chateph chireck, nec chateph kübbuz dari euictum esse credimus, vt igitur tria reliqua signa (-) (.) et (·) sola ad componendum apta censenda sint.

SCHOL. Contradic̄tio in adiecto committetur, vbi signo Vocalis longae addatur chateph, quae ex idearum comparatione facile detegitur. conf. Neumann in Claui dom. Heber P. III. p. 62.

### §. 200.

Schua, cui commodum Vocalis breuis signum adhaeret, vocatur *compositum*; cui vero non, *simplex*: Ergo schua cui vnum ex tribus illis (-), (.), (· chatuph) adhaeret, erit *compositum* (§. praec.); cui vero nullum *simplex*.

Quid schua  
compositum  
et simplex.

SCHOL. Praeter varia illa duorum illorum punctorum perpendiculariter positorum supra

§. 186.



§. 186. allegata nomina, peculiare adhuc vimur est, quo vtuntur, quando cum illis componunt signa haec Vocalium breuium. Ipsum nomen est פָּתַח, quod per coangustatorem, contractorem barbare vertunt; rationem huius denominationis Neumannus prae reliquis reddere studet l.c. p. 56. Ultima eius verba sunt haec: פָּתַח dicitur, quia in tali casu Vocales, quibus apponitur, ex breuibus breuissimis reddit, easque rapit ad subsequens punctum, quantum per naturam illarum, literaque gutturalis, cui subscribitur, difficultem sonum fieri potest. In compositione terminus hic combinatur cum nomine illius signi Vocalis breuis, quod adest. Si (-), hac forma (-), chateph patach; si (..), (..) chateph saegol, si (+), (-) chateph kametz chatuph, quod non satis accurate ob compendium in loquendo chateph kametz effrerunt. Nec ardua nunc erit resolutio eius, quod §. 15. breui assueramus, scilicet quod figurae (+), quando signum quartae Vocalis breuis est, falso apponantur duo puncta, quae addita testantur, non de Vocalis sed de schua compositi praesentia; si perinde sit, num sine schua aut cum illo scribatur, quaenam insignis tunc non oriretur confusio?

## §. 201.

Schua compositum quod non integra Vocalis, sed pars eius modo indicat aperturam gutturis. Per quodcunque certiores reddimur de eo, illud non sonum Vocalis esse edendum, sed aperturam tantum gutturis indicat (§. 4. et 5.). Sed per chateph signis Vocalium adiectum certiores reddimur de absentia integrae Vocalis (§. 199. et 186.), parte saltem eiusdem in signo Vocalis breuis praesenti (§. praec.



(§. praec. et 198.) Hinc schua compositum non nisi aperturam gutturis, sono Vocalis, cuius signum adest, conuenienter instituendam significat.

SCHOL. Rigorosiores videmur, quam ut in minimis operaे sit pretium. Ea quae §. 198. Schol. 2. Neumannи verbis expressissimus, suo modo valere omnino queunt.

§. 202.

*Schua compositum sub signis literarum gutturalium ORDINARIE tantum locum habere,* Sub quibus 1.  
*§. 198. et 200. probant, neque tamen omni illud loco sub gutturalibus esse poterit, sed rbi cæ mediate ante Vocalem veniunt (§. 198.), adeoque loco schua mobilis sub aliis literarum signis (§. 197. et 194.). Schua igitur qui- escens tanquam simplex sub signis gutturalium esse non contradicit. e. g.*

יְחִשְׁבֹּו יְהִנָּה אֶחָד שְׂמַעַת.

SCHOL. Si firmiter satis concludere liceret, a praesentia schua compositi ad signum literae gutturalis, tunc ר sine dubio ad illa esset referenda. Sed quum extra ordinem, sub aliis quoque literarum signis hoc inueniatur, ideo mallem *ex omnibus argumentis simul pro ר tanquam gutturalis signo pugnare, quamено alteroue sigillatim sumto, conf. Neumannи Clau- domus Heber p. 62. ab init. ר, inquit, pari passu cum gutturalibus ambulat. De ר cui schua compositum annexum est, dantur exempla satis multa e. g. יְמִרְרוּהָ וַיְבִרְכֵּנָה:* Quod et alia literarum non-gutturalium signa ostendant schua compositum, testantur quo- que



que exempla Biblica. e. g. Gen. II. 12. יְהָב  
Num. XXIII. 22. צַלְעָן. יְשָׁמֵעַ Exod. XV. 10.  
Num. X, 36. רַבְכּוֹת קְרַשִׁים Exod.  
XXXIX. 33. קְסֻמִּי 1. Sam. XVIII. 8.

## §. 203.

Schua compo-  
situm  
et simplex  
sub gutturali-  
bus quid in-  
dicent?

Schua compositum sub signis literarum gutturalium est loco schua mobilis (§. praec.). Schua mobile autem est initiale (§. 194.). Hinc signum literae gutturalis, sub quo sit schua compositum, ab initio vel vocis vel syllabae deprehenditur, imo, ubi gutturalis immediate ante Vocalem occurrit, tunc necessario recipiat schua compositum (§. 198.). Quamdiu vero litera gutturalis est post Vocalem in fine syllabae, ubi et manere debet, tamdiu, prout necessarium est, aliaeque suadeant rationes, aut simplex schua recipiat, aut aliud quid in eius locum succedat. Nota hinc fallere nescia de eo, num signum literae gutturalis sit ab initio aut fine syllabae, est ea, ut modo attendas, utrum schua compositum aut simplex sequatur; si illud, tunc ab initio; si hoc, tunc in fine syllabae est.

SCHOL. Variis nunc regulis de schua composito non amplius opus est, in quibus schua compositum quandoque in simplex quiescens redire dicitur, quum illae in jo allatae determinatam loci, quo apparere debet, quoque minus, ideam suppeditant. Alia quoque principia ex doctrina de dagesch leni, item ex illa de punctorum Vocalium permutatione eadem, quae modo diximus, confirmant.

## §. 204.



## §. 204.

Quaelibet litera post Vocalem tanta vi pronunciari non poterit, quanta eadem forma ante Vocalem (§. 83.) : adeoque tales literae, quæ vires adhuc integras, neque per aliarum formationem debilitatas postulant, non facile, si fieri possit, in fine syllabæ manent (ex term.) ; Literæ autem gutturales, tanquam pronunciati difficultiores vires adhuc integras, imo auctas, poscunt (§. 33.). Hinc literæ gutturales, nisi sint ab initio syllabæ, sed in fine eiusdem, quantum reliqua permittant, statim ad initium syllabæ referuntur, imo, quando ob finem vocis aut ob alia in vocis medio impedimenta litera gutturalis ad initium syllabæ referri nequit, tunc gutturales quiescibles נ et ה maximam partem ad quietem ducuntur; gutturales vero motae in fine praesertim, per aliud subsidium in pronunciatione faciliores redduntur, de quo mox pluribus. Litera demum gutturali a praecedenti syllaba separata, et ad sequentem relata; haec, a qua auellitur, semper fiet simplex.

Gutturales  
amant esse  
ab initio.

SCHOL. e.g. יְחִרְדָּה pro יְחִירָה. Sic מְצַאָתִי pro מְצֹאָתִי. Ex hisce simul optime perspicies, cur schua compositum frequentiori ita numero sub gutturalibus deprehendatur, eademque principia in doctrina de Meteg tanquam notas, ex quibus adstrictum et laxum agnosci possit, applicabimus.



## §. 205.

Quodnam  
dato casu assu-  
mendum fit  
schua  
compositum?

Intricior adhuc restat declaratio de ipso, quod eligendum venit, sub litera gutturali mediate ante Vocalem, schua composito. Gutturalis mediate ante Vocalem est ab initio syllabae (§. 197.), quod vel simul est initium ipsius vocis, vel initium modo syllabae media in dictione. Si gutturalium formationi cogitando inhaereamus, sub latissima gutturis apertura pronunciatio illarum facillime institui potest, ut adeo signa illarum, quae per aliquem sonum celerrimum leuari debent, praecaeteris ament ():-). Id tamen ubique obtinere ob maioris momenti rationes fieri nequit, quum ad diuersos constituendos terminos, ad formam significatumue seruandum vnum idemque chateph patach vix sufficiet. Sic sub signis gutturalium mediate ante Vocalem <sup>AB</sup> saepius perspicies (:-); interdum (..), et (-). Si autem gutturalis in medio vocis mediate occurrit ante Vocalem, tunc maximam partem separata est a syllaba praecedenti, cuius finem constituebat (§. 203.), non raro tamen illa ob negotii naturam ad initium syllabae media in dictione iam pertinet, qua in consideratione generatim spectatur, ut gutturalis ab initio, quae mox (:-), modo (..) recipit. Si prior casus exsistat, tunc in eligendo quodam sono, sub quo pronunciarri possit, celerrimo, naturalis plane atque proximior via erit haec, ut sonus idem, qui in priori syllaba adest, **SI FIERI POSSIT**, con-

tinue-



tinuetur. Fieri autem potest, si unus ex tribus illis A, E, O, siue in scriptione (-), (◦), (¬), chatuph, praecedat (§. 199.), hoc casu sub signo literae gutturalis mediate ante Vocalem, assumitur (:), cui annexitur idem Vocalis signum, quod mox praecedit. Quodsi vero (.) vel (.) in proxime praecedenti syllaba, in qua gutturalis separata ultima erat litera, deprehendantur, tunc schua compositum ad illud accommodari nequit (§. 199.); hinc eadem ratione signa illa gutturalium spectantur, ac si essent ab initio vocis; quapropter modo (-) modo (◦) vel (¬) assumunt, ut tamen celerrimorum horum sonorum indices eo magis percipientur, ante gutturalem loco illarum Vocalium heterogenearum, si salvo significatu fieri possit, substituitur idem Vocalis signum, quod cum schua sub gutturali combinatum est.

SCHOL. Omnia haec in §o adducta suis confirmantur exemplis:

1) vbi gutturalis ab initio vocis חלי, ornementum, ערב dimidium. Ara-  
bia. אדר Adar. עשה עשה. אדרמי Adrmi. אמת Amath. עלי Ali. אלחוּם morbus,  
afflictio, עני visio.

2) vbi gutturalis media in dictione est ab initio syllabae, ideo quia separata est a fine praecedentis commodaque praecedit Vocalis. מארב pro מארב pro עשה. פועלן pro פועלן. עשה ex. אהל ex. אהלו pro אהלו.

L 2

vbi



3) Vbi separata a fine praecedentis syllabae, in qua heterogenea est Vocalis, seu (...) maximam partem e. g. **תַּעֲבֹר** ex **תַּעֲבֹר** **הָאָמֵר** **יְחִזָּה** pro, **יְחִזָּה** **מַעֲמָר**, **מַאֲמָר**.

4) Vbi gutturalis in medio vocis et ab initio syllabae est, non tamen ideo, quia separata est a syllaba praecedenti. **חַפְּחָרִי**, **גַּאֲלָו**, **בָּאָרוֹן**.

### §. 206.

**Schua compo.** Quum schua compositum sub gutturalibus sit nec mora idem sit, quod schua mobile sub aliis literarum competit, motarum signis (§. 198. 202.), idcirco nulla nec syllabam eidem competere mora poterit, tantum abest, perficit. ut cum suo literae signo syllabam perficiat (§. 196.).

### §. 207.

**Termini  
technici.**

Schua, quia nunquam ad eam dignitatem adscendit, quam Vocales, quae reges dicuntur (§. 19.), tuentur, **עֶבֶר** minister, cum addito adhuc **עֶבֶרִי** vocatur. 2) Schua mobile **בָּא** **בָּעַ**. 3) Quiescens **שְׁוָא** **נְחָ**.

**SCHOOL.** Progredimur nunc ad doctrinam de Patach furtiuo, cui tamen methodi ergo eam de Mappick praemittere debemus.

### §. 208.

**De נ et נׁ,  
quando post  
Vocalem,**  
**semper,  
an minus?**

Literae gutturales earumque signa omni loco prae reliquis id habent peculiare, vt diffinum quiescant scilicet pronunciatio, quae eis per naturam competit, per alia leuetur (§. 49. 197. 198.): plu-

plurimis in locis ab initio syllabae reperiuntur (§. 203.), interdum tamen et post Vocalem in fine syllabae exstant (per exper.). Inter gutturales vero numeramus tam literas quiescibilis, quam motas (§. 44. 85. et 89.) ; illae sunt נ et נ, quae post Vocalem quamcunque possunt quiescere (§. 93.) : adeoque ubi haec gutturalium signa post Vocalem, ad quam referri debent, deprehenduntur, tunc vel actu quiescunt vel minus. Si actu quiescunt, tunc commodam secum coniunctam ostendunt Vocalem, nec ultra alia ad leuandam pronunciationem mutatio necessaria est : si vero נ et נ sint post Vocalem, neque tamen quiescere deberent ; tunc ut reliqua signa gutturalium mota, quae non immediate secum coniunctam habent Vocalem, considerantur, recipiunt scilicet, ubi in vocis medio adstant, schua quiescens seu simplex (§. 202.) e. g. יהָבְתָה, יִאַחֲבָה. quod non tantum index est de eo, quod signa haec literarum ad syllabam pertineant praecedentem (ibid.), sed et quod נ et נ sint signa literarum motarum (§. 190.) ; quando vero quaevis gutturalium signa sunt post Vocalem in fine syllabae et fine vocis simul, tunc ubi sola post Vocalem deprehenduntur, nullo insigniuntur schua, licet sint signa literarum motarum (§. 191.), in reliquis praeter נ et נ ex sono iam claret, quod inter motas referri debeant (§. 88.), sed de duabus hisce literarum signis nec ex sola figura, nec ex Vocali praecedenti certo

L. 3

satis



satis constat, num in fine sint motarum an quiescentium signa.

SCHOL. Philologi obseruarunt, quod **¶** in media dictio*nis* nunquam quiescat, adeoque ibi semper signum motae sit; hinc vel retinetur addito sub eius signo schua quodam, vel tantum quod insensibile abiicitur, vel sensibilior in eius locum substituitur, eaque mox ex quiescibilium cognatarum numero, mox **¶**, tantum quod cognata, quoad foeminini notam.

### §. 209.

**N**et **¶**  
In fine vocis  
num semper  
quiescant?

**N** et **¶** igitur post Vocalem in fine vocis aut semper quiescent; aut si minus, tunc peculiare quoddam illis adiungatur signum, ex quo cognosci possit, quod literarum motarum sint signa (§. praec.). Schua sub illis esse nequit, quia ex hypothesi sola sunt post Vocalem in fine vocis (§. 191.). **N**, quantum meminimus, *in fine vocis semper quiescit*, aut signum est literae insensibile, adeoque nunquam fit signum literae motae in fine vocis, quapropter nullo alio, quo id indicetur, indiget signo. Sed **¶** *in fine vocis tantum quidem quiescit, sed non semper*, quippe quod interdum ibidem est signum literae motae. *Hoc igitur solum eget peculiari quodam, per quod id indigitatur, signo.*

### §. 210.

**Quid**  
**Mappick?**

Signum illud, ex quo colligi possit, **¶** in fine esse signum literae motae, vocatur *Mappick*.

SCHOL.



SCHOL. מְפִיק descendere a rad. Chald. נָפַק,  
quod egredi ac prodire significat, Danz. §. 12,  
not. m. asserit, qui eadem simul nota ratio-  
nem huius denominationis sat foecundam al-  
legat. מְפִיק producens, inquit, in publicum,  
scilicet in aures praesentium, Et, sono edito, au-  
diatur: quod caeteroquin sua natura domi  
quasi se contineret et quiesceret Latitaretque.  
Idem fere Loescherus l. c. p. 323. statuit.

§. 211.

Hebraci, quando literam duriori ac fortio- Experientia,  
ri pronunciatione esse efferendam indicare ve-  
lunt, vtuntur puncto quodam; quod, quia  
sonum, tanquam internum quoddam literae,  
spectat, ac ad omnem cum reliquis punctis  
confusionem evitandam, ipsi literae signo im-  
primitur (per exper.).

SCHOL. Triplici ratione litera duriori pronun-  
ciatione poterit efferri, 1) quando litera quies-  
cens seu lenissimi soni commutatur cum litera  
mota seu sono a Vocali diuerso sensibili. 2)  
quando aspiratio literae, quae molliorem eius  
inuoluit sonum, tollitur, Et sine aspiratione sit  
efferenda. 3) Quando litera bis pronunciatur,  
quo casu durior sine dubio fit literae sonus.  
Hinc tribus hisce officiis punctum hoc infer-  
uire debet, quod et usu venit. Dolemus tan-  
tum, quod punctum hocce non generali quo-  
dam gaudeat nomine, pro triplici suo officio  
aliter tantum modificato Primum officium  
hic applicabimus, reliqua vero duo in do-  
ctrina de Dageschi viroque.

L 4

§. 212.



## §. 212.

**Quando** **ה** **recipiat** **M<sup>p</sup>** **pick.** **Vt** **ה** **post** **Vocalem** **in** **fine** **vocis** **sit** **signum** **literae** **motae**, **indicandum** **venit** (**§. 210.**); **hinc** **durior** **huius** **literae** **sonus**, **qui** **a** **sono** **Vocalis** **diuersus** **est**, **significetur** (**§. 85.**). **ה** **igitur** **imprimatur** **punctum**, **quod** **ubi** **in** **illo** **conspicitur** **He** **mappickatum** **vocatur**.

**SCHOL.** **Sic** **in** **hisce** **praesertim** **radicibus** **fre-**  
**quens** **illud** **Mappick** **est**, **בְּבָה** **extulit** **se**,  
**בְּמִתְּהַלֵּה** **vehementer** **desiderauit**. **בְּגַה** **splenduit**,  
**מִתְּמַחְמַה** **cundatus** **est**,  
**מִתְּלַהֲלָה**. **מִהְה** **in** **Kal**, **in** **unusitata**,  
**et** **וְתַלְהָ** **a** **rad.** **לְהַה** **laborauit**, **defecit**, **de-**  
**fatigatus** **est**, **etc.** **אֶלְוֹה**, **לְה**, **אֶלְוֹה**, **טְלַבְּה**.

## §. 213.

**Cur** **soli** **ה** **competat?**

Nemo nunc haesitabit, cur soli **ה** et in fine quidem dictionis imprimatur interdum Map. pick. *Omnia enim literarum signa, praeter אֶלְוֹה, vbiunque occurrant, sunt signa literarum motarum; adeoque nullo egent signo, per quod hocce primum significetur.* Sed nec harum literarum signa, praeter **ה** in fine, illo indigent. *¶ enim et י statim agnosci possunt, num signa literarum motarum sint an quietentium.* Si enim in fine vocis deprehenduntur, commodamque, in qua scilicet quiescere possunt, Vocalem habent praemissam, tunc actu quoque quiescent. Si vero interest, ut **י** et **ו** *sint signa literarum motarum tunc praemittendae modo sunt Vocales heterogeneas,*

e. g.



e. g. signa primae, quartae et quintae Vocalis τῶν, signa trium priorum Vocalium τῶν, quae signa sufficiunt, ut semper habeantur pro signis literarum motarum (§. 95.). Restant igitur Ν et Η, quae post quamcunque Vocalem possunt quiescere, quaeve adeo per nullam heterogeneam fieri possunt signa literarum motarum; sed Ν in fine dictionis semper quiescit (§. 200.), nec igitur peculiari quodam distingui signo meretur. Ex tota nunc literarum serie remanet Η, quod sub hisce circumstantiis, scilicet post Vocalem in fine vocis, neque tamen signum literae quiescentis, necessario quodam indiget signo, quod Η non esse signum literae quiescentis sed motae potius testetur, idque sit Mappick (§. 211. et praec.).

SCHOL. e. g. קְפָרַתִּיו, חַלְנִי, גֹּוֹר. In

quibus ultimum literae quiescibilis signum non quiescit sed mouetur. Simul vero liquet, quam incerto stet talo illa Buxtorfi sententia, qui Mappick in quoque locum habere assertit. Quum ea, quae affert exempla, nude sint tribuenda Dagesch fortis. צִירִם, נְכָרִיה.

### §. 214.

Literae gutturales quiescentes commodam Literae guttuvbique secum connexam habent Vocalem rales motae (§. 211.), adeoque in fine syllabae, qua tales, sine contradictione manent (§. 91.). Sed interdum literae gutturales motae, quia tunc diuersus, qui eis competit, sonus protrudi debet, aegre admodum in fine syllabae sunt, sed addito schua composito ad initium sequentis syllabae

L 5

plu-



plurimis in casibus referuntur (§. 203.). Iam vero *vbi signum literae gutturalis motae occurrit in fine syllabae et vocis simul, tunc illum necessario locum tueri debet, vltius enim progredi non licet.* Magna igitur *vi*, ut post *Vocalem protrudatur necesse est; quae difficultas magnopere tollitur, vbi prima maximae gutturis aperturae Vocalis praecedat, hanc enim amant* (§. 49.). Si vero *alia, quaecunque sit, praecedat, tunc haud abs re erit, si difficilior eius formatio per aliud reddatur facilior*: signum igitur in scriptione apparere debet, ut ex eo perspicere liceat, per quod nam pronunciatio gutturalis motae leuetur. Schua compositum eligi non potuit, quia gutturalis signum est in fine syllabae (§. 202.), hinc aliud non multum ab eo abludens.

## §. 215.

Patach furtiu-  
num quid?

Signum illud sub signis literarum gutturalium in fine vocis motarum, indicans aperturam gutturis, quia per (-) scribitur, audit *Patach furtiuum.* פָתַח גִּנְוֶה

SCHOL. Haud abscondita ea est ratio, ob quam Patach hocce vocarint furtiuum. Signum quidem primae Vocalis breuis assuimum est, quia ad leuandam gutturalis motae pronunciacionem eligendum erat commodum signum; ob minoris distinctionis defectum Vocalis breuis accommodatissimae signum, cuius nomen patach. Quum vero hoc loco appositum non integræ Vocalis signum repraesentet, ideo sonum celerissimum quendam atque obscurum, tanquam primæ Vocali breui proprium, raptum



raptim et furtim sibi vindicat. Omnes interim philologi τῷ patach furtiuo eandem, quam schua quiescenti adscribunt virtutem, hinc nec syllabam nec moram ullam consti-  
tuere dicunt. Falsum igitur est, vbi η, legere velis Rucha, magis tamen erronea es-  
set pronunciatio, vbi dices Ruach: illo enim  
casu simplex, hoc vero duplex vitium com-  
mittis: ibi scilicet pro Vocalis signo reputas,  
quod tamen non est; hic vero (-) haberes,  
1) pro signo Vocalis, 2.) syllabam a Vocali in-  
ciperes contra §. 134. Vera eius pronunciatio  
est haec, qua obscurum modo A, non vero clari-  
rum audis, eadem ratione, qua Sueci atque  
Helvetii furtiuum Vocalis A sonum ante ch in  
sociibus exhibent. e. g. Licht, Liächt, Tuch,  
Luach etc.

## §. 216.

Quocunque literae signum quidem est si-  
gnum gutturalis, in fine vocis positum, non  
tamen gutturalis motae, sub illo nullum esse  
poterit patach furtiuum (§. praec.). A. η et  
η sine mappick sunt talia quidem signa, sed in fi-  
ne vocis non gutturalium motarum (§. 210.  
et 213.). E. sub η et η sine mappick nun-  
quam patach furtiuum potest constitui, quod  
sub η, η et υ tantum est possibile.

SCHOL. Tria haec signa literarum sunt guttu-  
ralium motarum, quibus in superioribus  
(§. 44. et 48.) associauimus η, addita tamen  
conuenienti explicatione. Non eandem, quam  
reliqua gutturalium signa, difficiliorem in  
omnibus pronunciationem agnoscere, ac ideo  
impuram vocari posse lubenter afferimus.  
Occurrit quidem interdum ab initio syllabae  
cum schua composito, de quibus passim exem-

pla  
Sub quibus  
literarum  
signis  
deprehenda-  
tur?



pla produximus, sed saepius quoque schwa tantum simplici notatur: nec ita frequentius ad initium syllabae refertur, sed in fine eiusdem manet. Nunquam tamen patach furtiuum sub illis recipit circumstantiis, sub quibus reliqua gutturalium motarum signa illud poscunt.

### §. 217.

Quaenam Vo-  
cales  
praecedere  
debeant.

*Nisi sonus A continuari debeat*, nullum signis literarum gutturalium adscribendum est patach furtiuum, quando primae Vocalis signum praecedit (§. 214. 215.). Hinc ordinarie patach furtiuum sub **ה**, **ח** et **ע** deprehenditur, quoties praecedat Vocalis ab A diuersa (ibid.).

SCHOL. Sic in **לקרחת**. **שׁמְעַת**, licet immediate praecedat sonus, gutturali tamen motae adiicitur hocce patach furtiuum in scriptione, ut nouis quasi viribus in pronuncianta gutturali augeamur, quum vna adhuc litera post gutturalem est formanda. Eius quoque ratio haud est difficilis, cur circa **ח** et **ע** sub datis conditionibus id accidat, excluso **ה**, ex intima nimirum huius **ר** mappickati natura haurienda (§. 210. 211. 212.).

### §. 218.

Non breues  
sed longae.

Vbi nullum plane relinquitur tempus ad id, ut difficilioris gutturalis pronunciationi per aliquid subueniamus, ibi nec in scriptione patach furtiuum exprimi potest (§. 214. 215.). At, vbi Vocali breui immediate gutturales motas praecedenti, tonus in penultima sit; tunc Vocalis breuis, quae ante gutturalem de-

pre-



prehenditur, celeriter per naturam suam pronunciari debet, tantum abest, ut in ipso hocce momento simul aliquid possit formari, quod ad leuandam gutturalis motae pronunciacionem faceret (§. 9. 165.). Signo igitur Vocalis breuis hasce gutturales motas praeeunte, nullum sub illis Patach furtiuum confpici poterit, et tunc demum illud subscribendum est, quando Vocalis longae signum praecedat.

SCHOL. Loco quintae Vocalis longae in scriptione signum eiusdem breuis quamplurimis in locis reperitur; quumue vicarius sequatur naturam illius, cuius vices supplet (§. 100. schol. 2.), idcirco non repugnat, quod patach furtiuum illis casibus post kubbuz apponatur. e. g. יְשִׁירָה.

Haec igitur requisita τ&gt; Patach furtui demonstrauimus, quod scilicet 1) sub signis literarum gutturalium motis, מ, נ, ו, 2) quando in fine Sotis. 3) Vocali ab A diuersa, 4) ea que longa vel kubbuz praecedente, deprehendantur, collocetur.

Nos nunc accingimus ad doctrinam,

### DE METEGH explicandam.

#### §. 219.

Misso cuiuslibet termini significatu, ea in parte hac Grammatices generaliori prosequimur, quae circa sonos seu voces rite pronunciandos obseruari, ac dein per scriptionem indicari debent (§. 1. schol.). Alia fuerunt, quae circa partes vocum, Vocales nimirum et Consonas sigillatim spectatas occurrebant, in quo-

Transitus  
ad hancce  
doctrinam.



quorum gratiam varia in scriptione signa necessaria erant, quae modo declarauimus. Prostant vero adhuc alia, quae in nexu plurium literarum cum Vocalibus, praesertim quod legitimam vtrarumque comprehensionem, accuratam neque nimis acceleratam pronunciacionem attendi merentur. Plures enim syllabae ad unum pertinere terminum scriptum possunt, praeterea dubii in scriptione casus frequentes admodum sunt, qui eo absoluuntur, quod nesciamus, aut saltim haereamus, vtrum signum literae ad praecedentem, an ad sequentem referre debeamus syllabam? seu, quod idem est, vtrum syllaba, dato casu, sit composita, an simplex? quo de ut certi semper simus, omnem nauem operam: *sine hac enim cognitione nec ubique significatus, nec vera pronunciatione rite determinari poterit.* Exemplo sit vox קְרָבָה, si ק ad praecedentem pertineat syllabam eamque faciat compositam, tunc ratione significatus erit nomen, ratione pronunciationis legeretur ut O; si vero ad sequentem referenda sit syllabam, tunc esset verbum, et pronunciatione A. Quam maxime igitur necessarium hisce in casibus ducimus signum, ex quibus statim perspicere liceret, quorum dubium literae signum pertineat.

## §. 220.

Quomodo  
signum illud,  
si docere  
debeat,  
comparatum  
sit?

Quod si per aliquid certiores reddi debeamus, de legitima dubiae literae relatione, et hinc pendenti vera vocis pronunciatione, tunc pro diuersa literae vel coniunctione cum Vocali



cali praecedenti, vel separatione ab illa, aut signa plane diuersa sunt assumenda, quorum quodlibet vnum ex hisce indicet, aut, si vnum modo statuatur signum, aliquid tamen diuersi in illo conspiciatur, necesse est, alia scilicet ratione conficiatur, quando literam ad sequentem, alia itidem ratione, quando eam ad praecedentem pertinere syllabam, indigitare debet: aut quoddam eo tantum casu signum applicari et adponi debet, vbi e. g. dubiam literam ad sequentem referendam esse syllabam, velimus significare, illo dein, vbi ad praecedentem illa pertineat, omisso, vel v. v. Hi tres modi signa constituendi sunt possibles, ex quibus minimum vnum adhibendus est, quando ex signo aliquo de legitima literae relatione docemur. Si vero nullum ex hisce in signo quodam sit conspicuum, sed vnum idemque plane signum sine omni variatione eodem ponatur loco, tam ibi, vbi ad sequentem, quam vbi ad praecedentem referenda sit litera syllabam, tunc illud signum nos non docet, per consequens ex nudo eiusdem aspectu de legitima literae relatione non reddimur certiores. Id quidem significare potest, quod nunc adsint rationes, ob quas, omissa attentione, facilitior negotio in vera vocis pronunciatione errorem possimus committere, eumque vel per erroneam literae relationem, vel per acceleratam nimis pronunciationem.

## §. 221.

**Quid Metegh?** Hebraeis obuium est quoddam, huic praesertim negotio destinatum, signum, quod tamen in omnibus casibus ubique est idem. Signum illud excitans attentionem, ne in vocis pronunciatione nimis festinemus, vocatur *Metegh*. Ipsum signum est lineola perpendicularis.

SCHOL. מְתֵגָה, latinis est frenum, similitudine desumpta ab usu eiusdem in vita communi. Per illud dirigitur in cursu suo equus; hinc est, quod Metegh nonnulli directorium verae lectionis appellant. Plerisque tamen grammaticis accentus euphonius dicitur. Quoniam sensu quaelibet harum denominacionum τῷ Metegh tribui possit, pluribus numerostendemus.

## §. 222.

**Quando necessarium.**

Quando pronunciationem nimis acceleramus, tunc in varios omnino prolabi errores possumus; maximam tamen partem ibi error est possibilis, ut literam, quae ad praecedentem eodem iure syllabam referri potest, quam ad sequentem suo minus conuenienti loco in pronunciatione efferamus (per exper. et §. 220). Metegh igitur in illis praesertim casibus necessarium est.

SCHOL. e. g. תִּירְאִי, חַיְתוֹ, בָּרְכוֹ, חַלְלוֹ  
חַכְמָה, יְחִזְקָק, יְחִזְרָה

## §. 223.

**Quando Metegh aliquid, quando nihil docet.**

Quamdiu metegh eadem figura eodemque loco sineulla variatione tam ibi reperitur, ubi litera



litera ad praecedentem, quam vbi ad sequentem referenda est syllabam, tunc ex eo non discimus, ad quamnam litera pertineat (§. 220.). Hinc *sub hisce conditionibus alia iam cognitæ esse debent, quae, si mente recolamus, certiores nos reddunt, de legitima literae relatione, adeoque et de conuenienti vocis pronunciacione.* Simulac vero ex metegh tantum cognosci poterit, quorsum litera dubia pertineat, tunc ex eo aliquid omnino discimus.

SCHOL. 1. Haec clarius monstrant, quomodo in lectione nos metegh dirigat; num quicquam ad accuratam suauemque conferat pronunciationem. Simul autem declarari potest, quoniam respectu accentus euphonius appellari possit. Ea est reliquorum accentuum ratio, ut ex iis perspicere liceat, quinam termini sint coniungendi, quinam separandi (§. 170.); ita nec obscura esset similitudo inter accentus et metegh, si ex hocce possemus intelligere, num litera cum Vocali praecedenti sit combinanda, an ab ea separanda? quae legitima relatio secum coniunctam haberet accuratam et suauem pronunciationem siue euphoniam. At metegh id ordinarie non indicat, vti paulo ante demonstrauimus; hinc nec illud pleno iure accentus salutari euphonius posse videtur.

SCHOL. 2. Ultimae si nostri lineae alludunt ad casum illum, omni attentione dignum, scilicet ad differentiam inter (τ), quando signum primæ Vocalis longæ et quartæ Vocalis brevis exprimit, in quo cardo totius fere negotii in eo versatur, vtrum syllaba illa composita sit an simplex. Si enim ex aliis, praeter contextum, principiis vera illa dubiae Kochii Gram. Hebr. M lite-



literae relatio indagari nequit, tunc necessario omnino est, ut metegh, quod adesse debet (§. 221.), nos doceat, adeoque quod in eorum ex tribus illis §. 220. confirmatis criticiis conspicuum sit. Hoc casu dirigit lectio nem, et accentus vocari euphonius poterit.

### S. 224.

Metegh laxum  
et adstrictum  
quid?

Quodsi suis ex principiis doceamur literam dubiam ad praecedentem adhuc Vocalem referri debere, tunc Metegh illud praefens laxum vocare, si non ad praecedentem sed sequentem syllabam, Metegh illud adstrictum appellare, Grammatici iubent.

SCHOL. Haud intricata est continuata haec Metaphora, quae capropter nulla eget illustratione.

### §. 225.

Num ex figura  
distingui  
possint?

Quodnam metegh laxum, quodnam adstrictum vocari mereatur *ex signo cognosci* in omnibus fere casibus nequit, quum illud ubique semper *idem est* (§. 221. et praec.). Quum ad illam tamen differentiam Philologi respiciant, ipsaque vera relatio literarum attendi ob significatum et pronunciationem mereatur (§. 219.), ideo veritates iamiam demonstratas *huc reuocabimus*, quae certis comprehensa regulis ostendent 1) *in quibus praesertim syllabis metegh possit deprehendi*, vbi ad generalem eiusdem ideam (§. 221. 222.) reflectamus; 2) *quodnam, dato casu, metegh meratur nomen*.

SCHOL. Haud incongruum erit, vbi antea monemus



nemus, quod non eadem omnium codicum in exhibendo hocce signo sit constantia. Verae huius theoriae ignari aut saltim incurii modo ibi omittunt, vbi adesse deberet, modo ponunt, vbi facile abesse possit; hinc regulas suppeditamns legitimo illius usui confirmatas, quae ex definitione τῆς metegh sponte fluunt.

## §. 226.

Quo facilius per acceleratam vocis pronunciationem errare possumus, eo accommodatius est signum ad excitandam attentionem constitutum, ibi metegh locum meretur (§. 221.). At vero, vbi *tono in ultima vel penultima, tres vel quatuor syllabae ante illum sunt effrenatae, tunc ob accelerandam pronunciationem facillime errorem in prioribus syllabis committere valamus* (§. 165.). *In tertia igitur vel quarta ante tonum frequentius omnino est metegh.*

## §. 227.

Quum in syllaba tono affecta diutius moramur, quam in reliquis omnibus (§. 163.), ideo haud metuendum est, ne ob nimiam celeritatem verae pronunciationi aliquid detrahamus, nec signo tunc opus est, quo attentio excitetur ad veram applicandam pronunciationem, nec, quod maximum est argumentum, vbi tonus in ultima, in qua ordinarie et in quamplurimis locis deprehenditur, casus ille dubius circa legitimam literae post Vocalem comprehensionem occurrere potest; hinc in syllaba, tono affecta, nunquam metegh deprehendimus.

M 2

Locus	
τῆς	metegh
	commodus.

Non	
in syllaba	
tono affecta.	

dī



*di solet.* Nec vbi tonus in penultima ob pares fere rationes metegh in ultima post tonum syllaba vñquam locatur.

SCHOL. Quando igitur lineola syllabae, tono notatae, apposita sit, tunc certe non erit metegh; per quod differentia inter silluck et metegh primaria constituitur.

Accedimus ad criteria  $\tau\bar{g}$  metegh adstricti et laxi, in quibus tantum ad dubium literae signum respiciemus.

### §. 228.

#### Criterium

$\tau\bar{g}$   
metegh laxi  
et adstricti  
primum.

Quando  
dubium est li-  
teras signum.

Quicquid indicium est de eo, quod signum literae dubium non sit finis praecedentis, sed initium sequentis syllabae, id metegh esse adstrictum indigitat (§. 225.). A. vbi signum literae gutturalis est dubium, tunc vel schua compositum sub illo est, vel schua simplex: vnum enim necessario sub illo gutturalis signo adesse debet, alias non erit dubium (§. 219.). Si simplex schua sub illo conspiciatur, tunc ad praecedentem syllabam (§. 201. 202.); si vero compositum tunc ad initium sequentis syllabae referenda est (ibid.). Metegh igitur, quod signo literae gutturalis schua composta notato additur, adstrictum, quod schua simplici adiicitur, laxum vocari debet.

SCHOL. Dubium tunc est signum literae, si haeramus, vtrum ad praecedentem, an ad sequentem illud referamus. Ex hisce concludimus, quod signum eiusmodi literae in eo esse debet loco, vbi syllaba minimum una illud praecedat, una quoque illud sequatur, adeoque in medio sosis; dein haerere debemus cir-

ca legitimam eius relationem, ut eodem iure videatur ad sequentem, quam ad praecedentem pertinere, id quod in signo literae qui-  
escentis non siet, hoc enim post Vocalem in  
fine syllabae esse certo scimus (§. 91.). Hinc  
dubium signum semper esse debet signum literae  
motae. Quapropter quodcunque signum lite-  
rae 1) non deprehenditur in medio locis, 2) non  
est signum literae motae aut 3) Vocali immedia-  
te sequenti instructum, illud nullo modo du-  
biu[m] erit.

## §. 229.

Metegh in syllaba tono affecta esse nequit (§. 227.). In syllaba vero composita, vbi Vocalis longa apparet, tonus ordinarie est expressus (§. 167. 169.) ; quodsi igitur signo Vocalis longae aut signo breuis vicem longae gerentis appositum conspiciatur Metegh, tunc laxum esse nequit (§. 224.), quia litera sequenti ad praecedentem Vocalem relata, tonus indicare-  
tur, in qua tamen syllaba nullum plane metegh locum habet (§. cit.). E. litera ad sequen-  
tem pertinet syllabam, et metegh, hoc loco ad-  
ditum, erit adstrictum (§. 224.).

Alterum criterium.

SCHOL. Multas alias grammaticorum regulas vnica haecce sub se comprehendit. Si nimirum Vocali longae addita sit haec lineola, tunc de tono sis sollicitus : qui in eadem hacce syllaba praesens, hancce lineolam testatur esse silluck (§. 227. schol.). Si vero tonus in alia est syllaba, tunc metegh erit, idque adstrictum.

כָּלְוֹ, חֲכַמָּה, רְלֹדוֹ תִּירְאֵי.

Hac simul occasione de figura טז (ט), quando signum Vocalis longae et signum Vocalis breuis

M 3

est



est, seu de differentia inter kametzchatuph et kametz longum mentem nostram explicabimus.

### §. 230.

Differentia  
inter  
kametzcha-  
tuph et kametz  
longum.

Quod Vocalis in syllaba semper sit constituta (§. 125. 133.) euicimus, hinc signa quoque Vocalium in scriptione deprehenduntur in syllabis, adeoque (-) *vbiique erit in syllaba* (§. 35.). Si in syllaba, tunc vel in composita, vel in simplici (§. 139.). In syllaba simplici ordinarie Vocalis longa esse debet, in composita, breuis (§. 151. 152.): adeoque si (-) *in syllaba appareat composita, tunc ordinarie est signum Vocalis breuis O, vbi in syllaba simplici, signum Vocalis longae A* (§. cit. §. 14. et §. 25.). Hancce tamen regulam propter accendentem tonum magis restringi debere ad hanc: syllaba simplex, nisi adsit simul tonus, Vocalem longam; syllaba composita, sub iisdem conditionibus, Vocalem breuem recipiat, supra (§. 169.) demonstrauimus, ac vbi scriptio hisce semper faueret, ut deberet (§. 35.), principiis, tunc in syllaba simplici, tono affecta, signum Vocalis breuis, in composita signum Vocalis longae esse deberet (§. 169.). *Si igitur (-) in syllaba composita tono affecta sit, tunc ut Alegatur, e.g. קְרָבָן, Korban.* Quando vero (-) *in syllaba composita tono destituta deprehenditur, legatur ut O.* Hinc primaria nostra hoc in negotio cura eo tendat, ut inquiramus, *num syllaba, in qua (-) conspicitur, sit composita? ac num tonus in illa sit an minus?* In multis locis ci-

tra



tra omne dubium compositam illam esse patet  
 e. g. **לְשָׁנִים וְתַעֲזֵר בְּקַבְּדָה כָּל-**  
*Altingius p. 58.* non battim, sed rectius  
 bottim legi mavult, vt sit ab inusitato singulari  
**בּוֹת**, vbi accedenti terminat. Plurali, cho-  
 lem resolueretur in kametz chatuph et dagesch  
 forte: a rad. **בּוֹת** pernoctare, vnde etiam de-  
 scendat **בִּתְ** domus, cuius pluralis non repe-  
 riatur; quibus e diametro sese opponit Cel.  
*Danzius §. 6. obs. 2. not. c.* In aliis tamen  
 dubius oriri casus potest (§. 228. schol.), in  
 quo pro diuersa literae relatione syllaba vel  
 composita vel simplex fit. e.g. **יִפְרָכוּ חֲכָמָה וּמְלָאָן**. Quamdiu illa non extra omnem du-  
 bitationis aleam posita est, tamdiu non licet  
 indicare, num breuis an longae Vocalis si-  
 gnum sit: vt per quodnam hinc siamus cer-  
 tiores negotii grauitas exigit. Id quidem no-  
 uimus, quod metegh casibus illis dubiis appli-  
 cetur (§. 221. 222.), sed nisi unus ex tribus  
 illis (§. 220.) allegatis modis in eiusdem ad-  
 hibeatur collocatione, tunc ex eo nihil disci-  
 mus, quum tamen grato compendio de legi-  
 tima literae relatione per illud confirmare pos-  
 semus. Hinc Hebraei ultimam in eiusdem  
 constitutione inierunt viam; quando nimurum  
 metegh adiicitur, tunc signum est de eo, quod  
 litera dubia ad sequentem pertineat syllabam,  
 ac praecedens dein syllaba sit simplex. Si ve-  
 ro nullum plane appareat, tunc illius absentia  
 indigit hoc, quod dubia litera ad praecedentem

tem referenda sit syllabam, eamque reddat compositam. Ex hisce sequentes pro differentia inter kametz chatuph et kametz longum fluunt regulae: *Kametz in syllaba composita, tono destituta, Vocalis brevis signum est, qua syllaba ut sit composita, in casibus dubiis indicatur per absentiam τ&#8806; metegh et kametz in syllaba simplici VTPLVRIMVM est signum Vocalis longae A, quae syllaba ut sit simplex, in casibus dubiis notatur per metegh e.g. חכמָה chochma, יִפְרָכוֹ ipha-rchu. Metegh hic semper est adstrictum.*

**SCHOL. 1.** Possimus ex collatione §. 227. iam concludere, quod metegh τω̄ (τ) adpositum, sit adstrictum, vbi scilicet signum Vocalis longae esset; sed vt euitemus circulum, lubenter eam omisimus deductionem.

**SCHOL. 2.** Omni studio diximus, quod kametz in syllaba simplici VTPLVRIMVM sit signum Vocalis longae, ex aliis enim principiis conuincimur, quod et in syllaba simplici interdum sit signum Vocalis brevis. Nouimus, quod signa literarum gutturalium haud raro post Vocalem in medio vocis occurrant, e.g. פַעַל ex פַעַל, et ob syllabam compositam בַעַל. Quodsi status hic maneat, tunc iuxta praecedentia circa legitimam τ&#8806; (τ) pronunciationem nemo plane haereret. Sed quum integris adhuc viribus literae gutturales velint efferrī, ideo lubenter ab initio syllabae, si fieri possit, esse amant (§. 203.). Quo facto mediate ante Vocalem veniunt, schwa insuper composito notandae, (§. 197. 200.), quod ad praecedentem, quantum poterit, Vocalem accommodetur (§. 205.). Hoc igitur casu



casu sub **ו**, seu generalius sub gutturali, quam in ea syllaba, ad quam ante separationem pertinebat, comitabatur kametz chatuph, assumitur chateph kametz chatuph (ר). Sed figura (ר), quae antea in syllaba composita erat, nunc apparet in simplici, neque tamen per A, sed per O legitur, Metegh simul adiecto (§. 228.).

**פָּהָבְּ בָּחָרְיָה פָּעַלְוָה**  
Sufficient haec pro constituenda inter kametz chatuph et kametz longum differentia. Si qui enim restarent casus ab hisce, quos exposuimus, alieni, tunc contextus veram omnino lectionem statim suppeditabit.

## §. 231.

Peculiarem grammatici nonnulli, qui doctrinae de moris fauent, metegh huic attribuunt vim; quod vnam nimirum, breui additum in simplici syllaba Vocali, adiiciat moram. Possemus hancce adhuc sententiam reddere probabiliorem, vbi officium τὸς metegh allegemus, quod in excitanda attentione, quae lectorem aliquo modo retardat, ponendum est (§. 221.). Firmioribus tamen argumentis hancce infirmare sententiam possumus: non enim 1) in ipsa pronunciatione et lectione lectori aliquam ponit moram, sed antequam illam adhuc instituat, de applicanda modo vera lectione illum admonet. 2) Metegh laxo nulla tribui potest mora, quia alias totum corrueret trium morarum principium; 4) nec omni metegh adstricto, sed illi tantum, quod breuibus adiicitur Vocalibus. Hinc quaenam nostra sit sententia facile est, ut ex hisce cognoscas.

Num metegh  
adscribenda  
sit mora?

M 5

§. 232.



## §. 232.

Termini  
technici.

Pro vario τὸς metegh vsu et situ, varias ab antiquioribus denominationes recipit. Adstri-  
ctum מְעִירָה. laxum, χίροκ, item גַּעֲיָה  
ita B. Danzius §. 13. not. a. b. p. 121. seq.  
specialis tamen cuiusuis est significatus, et  
*maarich* appellatur ante schua compositum ad  
Vocalem breuem positum. *Chiruck*, quando  
adhaeret breui chireck. Et *Gaia*, quando  
schua initiali appositum est. e. g. גַּשׁוֹבָה  
conf. *Altingii* fundamenta punctat. linguae S.  
p. m. 26. *Buxtorf.* in Thes. Grammat. p. 36.

TRANSIMVS AD DOCTRINAM  
DE  
DAGESCH LENI AC FORTI.

## §. 233.

Nexus.

Non vnius omnes literas esse naturae supra  
§. 29. seqq. ostendimus. Differunt aliae ra-  
tione organorum (§. 33.), aliae vnius organi  
literae propter diuersas actiones (§. 38.). Non  
tamen sine ratione et vnius literae pronuncia-  
tionem diuersam, vel addita aspiratione vel ea  
omissa instituere possumus, secundum quem  
diuersum considerandi modum diuersa vnius  
literae est ratio (§. 38. schol. 2.).

## §. 234.

Natura  
literarum  
aspiratarum.

*Aspiratio* est protrusio soni ex gutture,  
quod praesertim afficit, facta. Litera igitur  
cuidam aspiratio est adscribenda, si in eius for-  
matione sonum protrudimus, qui guttur et to-  
tam



tam insuper canalem afficit. Iam vero omnes literae gutturales per actionem in guttur praeferuntur, ac in harum formatione protrusio potissimum fit ex gutture (§. 34.). Hinc literae gutturales omnes per ideam vocari merentur aspiratae, et aspiratio, saluis ipfis gutturalibus literis, abesse nequit, adeoque necessaria est. Reliquae nunc literae omnes per actionem in alia loquela organa, a quibus suum dein recipiunt nomen, formantur, qui sonus, vbi non aliis miscetur et augetur, nativus, simplex ac proprius illis est. Id quidem nemo negabit, quod in cuiuslibet literae formatione apertura gutturis sit necessaria, quum sine illa omnis sonus evanesceret, atque irritus modo applicetur conatus (§. 11. Prol.). Sed in reliquarum literarum omnium, praeter gutturalium, formatione non necessario quaedam actio gutturis magnopere affecti protrusiva conjuncta est, adeoque non necessario sunt aspiratae; si haec connectatur, tunc accedit quaedam determinatio mutabilis, quae adesse et abesse poterit. Interim haec addita quoque literis aspiratio non in omnibus fit sensibilis, in quibusdam modo percipitur, quae cum adiecta aspiratione prolatae nativum suum sonum debiliori longe ratione edunt perceptibilem, quam sine illa pronunciatae: illo enim casu obscurior fit ob vires iamiam diuisas, hoc clarior duriorue, ob vnitas in vera ac simplici literae pronunciatione adhuc vires. Sic quaedam modo literae, in quibus haec mutabilis

re-



respectu aspirationis accendentis determinatio sensibilis est, appellantur *aspiratae*, quae proinde eius sunt conditionis, ut cum et sine aspiratione possint distincte efferri, quibus omnes reliquae, ac ipsae quoque literae gutturales, quae hac minus ratione adspiratae dici queunt, opponuntur, *non-aspiratae* dictae. Quaenam illae sint ex praxi praesertim Hebraeorum, dein determinabimus.

## §. 235.

Sonus literae  
duplici  
modo durior  
fit.

*Sonus literarum aspiratarum stricto significatu talium mollior est, qui per sublatam aspirationem fit durior* (§. praec.): neque minus tamen vnius tantum literae varia illa est pronunciatio. Hinc signis illarum literarum aspiratarum, quando vel aspiratio tollenda, vel ea addenda est, quoddam adiici debet signum, ex quo vnum ex hisce omni loco possit cognosci. Ponamus, *quod signum adiectum aspirationem literae tollendam indicaret*, tum signum esset formandum, quod de duriori literae pronunciatione testaretur (§. praec.). Praeter haec in nexu plurium literarum, *duae plane caedem immediate se possunt exciperi*, hinc et in scriptione duo eadem literarum signa **אַלְרֹו**, **הָנְגָה**. Concinno tamen Hebrais solito scribendi modo haud contrarium esset, vbi per quoddam compendium in unico signo vtraque exhibeantur, *ad quod tamen quoddam rursus signo opus est*, *quod duriorum seu fortiorum illius literae sonum indicet*.

## §. 236.



## §. 236.

Quando durior literae sonus est exprimen- Quod indicat  
dus, Hebraei loco signi vtuntur punc̄to punctum  
(§. 211.), quod signo literae imprimitur signo literae  
(ibid.). Hinc signis literarum, quae cum et impressum.

sine aspiratione pronunciari poterunt, quando tollenda aspiratio est indicanda, imprimendum est punctum (§. praec.), quod simul sufficit ad id, ut possumus econtrario concludere, quod eadem literarum signa, hoc punc̄to destituta cum aspiratione sint efferenda. Signis porro literarum, quae per compendium idem literae signum includere debent, imprimendum quoque est punctum, circa quod eandem, qua circa officium prioris ex opposito sumus ratione-  
cinati, formare poterimus conclusionem.

## §. 237.

Punctum hocce signis literarum impressum Ex solo punc̄to  
idem est, diuerso tamen officio inferuiens diuersa officia  
(§. praec.). Ex figura igitur officia illius co- non conci-  
gnosci nequeunt: hinc alia confirmabimus piuntur.  
principia, ex quibus diuersa illa eluent.

## §. 238.

Punctum illud duriorem signi literae sonum Quid dagesch  
indicans, *dagesch* appellatur, quod ob dupli- lene et forte,  
cia officia, duplex meretur nomen; *dagesch*  
ad aspirationem literae tollendam constitutum,  
*lene*; ad signum literae bis pronunciandum,  
*forte* dicitur.

SCHOL. Dagesch hoc loco, tanquam genus ha-  
rum specierum consideramus, cui haec notae  
per



per abstractionem sunt tribuendae. Speciem enim τ&θ mappick significatum supra (§. 212.) indicauimus. Caeterum antiquissimi Hebraeorum signo quodam vtebantur, quo aspirationem literarum, ac η sine mappick adesse significabant, lineolam scilicet supra literae aspiratae signum deductam, quam Raph appellabant, hodiernis Hebraeis, praeter loca quaedam pentateuchi e. g. in Decalogo, raro visitatam. Hancce lineolam τω dagesch leni et mappick esse oppositam, ex vtrorumque officiorum collatione haud difficulter perspiciatur.

### §. 239.

Vtrumque  
medio signi  
literae  
imprimen-  
dum.

Dagesch vtrumque medio signi literae esse imprimendum (§. praec. et 236.), nec minus ex solo puncto cognosci non posse, quale illud sit, num forte, aut lene (§. 237.) docent. Ut igitur criteria certiora non sint superflua, sed magna commendanda opera, dignitas materiae suadet.

### §. 240.

Varii modi  
in hacce mate-  
ria conclu-  
dendi.

Valent interea hi modi concludendi, quos ipfis regulis praemittere iuuat, quum generatim nos viam pandunt ad determinandam interdum dato casu vnam τ&θ dagesch speciem ab altera. Quocunque punctum nec dagesch lene, nec dagesch forte est, illud nullum plane dagesch (§. 238.), et quocunque punctum est dagesch, illud vel lene, vel forte, vel utrumque. Quocunque porro dagesch non est lene, illud est forte; sed in quocunque criteria dagesch lenis non conspicuntur, illud non est lene.



lene. E tunc forte. *Quodcumque dagesch non est forte, illud est lene*, sed eodem modo probatur, dagesch aliquod non esse forte: hinc simul probauimus, quod sit lene. Falsa tamen esset conclusio haec: vbi dagesch lene, ibi non forte, et vbi forte, ibi non lene; vtrumque enim dagesch contradictorie sibi minus est oppositum (§. 238.), sed in uno signo literae punctum illud vtrumque locum habere potest ac interdum debet.

## §. 241.

In quarumcunque literarum pronunciatio-  
ne tam addita aspiratio, quam illa sublata di-  
stincte percipi possunt, in illarum signis da-  
gesch lene eo casu, quando aspiratio auferri  
debet, possibile est (§. 238. et §. 234.). A.  
*In literarum, quarum signa sunt ב ג ר כ פ ת*  
pronunciatione diuersae illae considerationes lo-  
tum habent (per exper. et §. 40. 42. et 43.).  
E. solis hisce literarum signis imprimi poterit  
dagesch lene.

Prima nota

78

dagesch lenis.

SCHOL. Quum literae gutturales, salua illarum  
idea aspirationem, amittere nequeant (§. 44.  
et §. 48.), quumue in reliquarum literarum  
pronunciatione haec minus differentia sit sen-  
sibilis, ideo nec illorum, nec horum signis  
vnquam imprimi poterit dagesch lene. Qua-  
propter si forsitan gutturalibus, aut

פ, ו, נ, ל, ד, ש, ט, צ, כ, מ, י,  
impressum videatur dagesch, tunc lene esse  
nequit. E. forte (§. praec.). Interim vbi  
dagesch hisce signis ב ג ר כ פ ת adhaeret, tunc  
non statim illud pro leni habeas, non enim a  
posse ad esse concludere licet.

§. 242.



## §. 242.

**Ratio**  
ob quam dagesch lene  
imprimatur li.  
teris.

Quaecunque ratio est, vt aspirationem literae tollamus, ea quoque nos mouet, vt signis illarum imprimamus dagesch lene (§. 238. et praec.). A. vt difficultatem in pronunciando euitemus, ideo aspirationem literae saepe omittimus. Litera enim aspirata duplē organorum loquelae actionem ac diuerſas Conſonās ſimul includit (§. 234.), non aspirata ſeu durior vnicam tantum ſuī organi actionem requirit. Hinc, quum eadem maneat litera, ſiue cum ſiue ſine aspiratione prolatā, ideo ob illam, quae ſe in nexu cum aliis literis offert, difficultatem, quae euitari per omissam aspirationem potest, hanc lubenter deferimus, signis literarum dagesch leni imprefſo.

**SCHOL.** Nec aliam tamen haud contemnendam rationem excludimus. Per eam, quae literas aspiratae hoc vel illo caſu tribuitur aspiratio, ingratus auribus fit ſonus, qui per duriorem eiusdem pronunciationem tollitur: hinc euphoniae hocce ſignum literis impressum non nunquam inſeruit, in vocum pronunciatione minus negligendae (§. 158.). Quid impedit, quo minus ob hancce rationem, cum Ven. Lotſchera dagesch lene appellemus euponicum.

## §. 243.

**Rationes,** Vbi literam, quae cum et ſine aspiratione ob quas literae aspiratae formari poterit, nulla praecellent Vocalis, ibi amittant aspiratiōnem. mox difficile eſſet, mox nanoQævias crearet, vbi eam cum aspiratione pronunciemus, cui utrique per neglectam literae aspirationem subvenire poſſumus (per exper.).

§. 244



## §. 244.

Hinc quando vna ex illis aspiratis literis ab initio sensus, adeoque vel ab initio libri, capit, versus, periodi, imo syllabae, cui non immediate praecedit Vocalis seu quae post compositam aliam syllabam occurrit, item quando litera aspirata in fine vocis est, neque eam praecedat alia Vocalis; ibi signis earum imprimitur dagesch, idque lene.

Quando igitur  
dagesch lene  
recipiant.

SCHOL. 1. Ea, quae breuibus comprehendimus, fundamentum praebent plurimarum et omnium fere regularum τ& δ dagesch. lenis specialiorum. Quum post accentum dominum noua verborum series, adeoque et nouis sensus incipiat, hinc dagesch lene ut commodo imprimitur literae signo post accentum dominum, principia haec stabilient.

SCHOL. 2. Necessaria omnino ea rursus erit obseruatio, quam in doctrina de metegh eiusque varia constitutione diximus. Genuinorum principiorum ignari, illud quounque fere loco posuerunt, in aliis, vbi nullum necessarium, adeo; in aliis locis necessariis nulli perspicitur. Quemnam infinitum regularum numerum, tot generis exceptionibus refertum, condere necessarium sit, quando ad inconstantiam variarum codicum, quae illud variis modis exhibent, attendere velimus? Linguae igitur magis consulitur per certas, quas ex ipsa rei idea, legitime formata, deducimus, regulas, quam per vagas sibique minus constantes obseruationes et exceptiones. Interim in hisce quoque casibus dubiis peculiares sponte sese offerunt rationes, exempla illa, quae contraria videntur, magis declarantes e. g. vbi duae aspiratae literae imme-

Kochii Gram. Hebr.

N.

diate



diate sese excipiunt, ibi, vtrarumque aspiratione seruata, difficillima atque incondita satis prodiret pronunciatio, quae per ablatam vnius literae aspirationem tollitur: hinc, licet eo casu immediate praecedat Vocalis, omnitem iure priori literae signo dagesch imprimitur, פְּכָבָב, בְּבָל. Sic et in reliquis.

Verum igitur, licet non generale, criterium τָּגֵשׁ dagesch lenis grammatici statuerunt, quando dicunt: dagesch signo literae aspiratae impressum, si immediate nulla Vocalis praecedat, est lene.

Accedimus ad notas τָּגֵשׁ dagesch fortis.

### §. 245.

**Quibus litera-** Dagesch forte indicat, literam, cuius signorum signis impressum est, bis esse pronunciandam (§. 238): dagesch forte quaecunque igitur literae sine difficultate bis imprimatur? possunt pronunciari, ita ut semel ad praequibus non? dentem, semel ad sequentem syllabam reserndebeant, illac saepius quoque se inuicem immediate excipiunt, illorum signis compendii ergo frequentius imprimitur dagesch fortis (ibid.). Quae vero ob natuam suam pronunciationem difficillimam aut plane non, aut rarius saltim immediate coniunguntur, illarum signis vel nunquam vel minus frequenter dagesch forte impressum perspicies.

**SCHOL.** Quod dagesch forte tantum ob compendium in scribendo, quando duo eadem literarum signa immediate se excipiunt adhibetur, id summi nominis philologi e.g. Buxtorfius, Neumannus, summe Ven. Loescherus aliique confirmant; nec ubi rem ipsam consideramus, alia modo ratione explanari possumus.



tuit. Accedit, quod supersint in sacris pandectis exempla quaedam, in quibus neglecto hocce compendio, signa earundem literarum duplicata sub hisce quoque circumstantiis ad-  
sint, ita, ut alterum literae signum ad pae-  
dcentem, alterum ad sequentem syllabam sit  
referendum. e. g. pro צָלֹן, legimus צָלָן,  
pro חַנְכֵנִי, חַנְכֵנִי, sed circumspecti hoc in  
negotio esse debemus, ne quo loco compen-  
dium per dagesch forte adhiberi posse creda-  
mus, vbi plane fieri nequit. Non enim se-  
quitur: duo earundem literarum signa im-  
mediate se excipiunt; Ergo unico eorum  
omisso alteri per compendium dagesch forte  
imprimi potest. Ea potius circumstantia ne-  
cessaria est, ut eadem litera semel ad pae-  
dcentem, semel ad sequentem syllabam perti-  
neat, et vbi idem literae signum bis expressum  
ad unam tantum spectat syllabam, ibi non  
faaile dagesch forte, altero eorum amis-  
so, uni potest imprimi, e. g. רַוְמָמָה,  
חַנְכֵנִי, חַלְלָגֶן

## §. 246.

Solae gutturales literae pae omnibus reli-  
quis ob difficiliorem, quae illis adhaeret, for-  
mationem eum vix statum admittunt, ut bis  
immediate pronunciari queant (§. 38.). Quo  
magis aucta earum in pronunciando fit difficul-  
tas, eo minus duplēm suam immediate for-  
mationem concedunt, earum igitur signa sub  
illis fere nunquam conditionibus occurrent, ut  
dagesch forte illis possit imprimi (§. praec.),  
nisi in leuissima gutturali נ aut impura נ  
extra ordinem ob alia, quae accedunt, mo-

Literae  
gutturales  
indageschabi-  
les.



menta, interdum conspicatur (§. 238. §. praec. et 38.). Gutturales igitur sunt literae indag-  
schabiles.

SCHOL. Id afferunt grammatici sub hacce re-  
gula: *Literae gutturales, item η aegre admit-*  
*tunt dagesch forte*: per quod simul patet ma-  
gna illa inter punctum τω He finali impres-  
sum, et cuiusuis dagesch, eadem licet figura  
sit, differentia. Dagesch lene esse nequit  
(§. 242.), neque dagesch forte (per §. nostr.),  
E. nullum dagesch (§. 241.), sed aliud signum  
mappick dictum.

SCHOL. 2. Occurrunt casus, vbi ob hos vel il-  
los respectus litera gutturalis bis necessario  
esset ponenda, ita quidem, ut una vice ad  
praecedentem, altera ad sequentem syllabam  
referatur. Si haec ita se haberent, tunc pri-  
ma syllaba semper esset composita (§. 137.),  
Vocali tantum breui notata (§. 151. schol.).  
Sed gutturales, licet debeat, ob difficiliorem  
earum pronunciationem aegre se bis imme-  
diatae excipiunt, adeoque unica modo vice ad-  
sunt, neve sequens syllaba incipiat a Vocali  
ad illam sequentem referri debent, priori syl-  
labo relicta simplici (§. 137.), in qua non  
breuis, sed longa Vocalis necessaria est (152.).  
Hinc in scriptione eo casu vel signum Vocalis  
breuis, ut memoria syllabae compositae  
conseruetur, manet, addito maximam partem  
attentionis excitandae signo, metegh (§. 221.),  
vel ob syllabam simplicem loco breuis substi-  
tituitur cognata longa; quae, quum eam ob  
rationem venerit, quia syllaba adsit simplex,  
haec vero ob defectum alterius literae guttu-  
ralis signi orta est, tamdiu manet, donec syl-  
labae composita recurrat. Is genuinus est sen-  
sus huius grammaticorum regulae: dagesch  
forte exclusum compensat Vocalis longa. Vbi  
interim



interim Vocalem illam longam defeculum literae sequentis supplere, eamque adeo ipsam includere dixeris, tunc non impugno terminos illos, quibus Vocalem hancce vocaueris impuram, atque, si ita loqui fas sit, compensantem (§. 16. schol. 2. et §. 100.). e. g. בָּאָרֶץ pro מְאֹרֶץ, pro מִאָרֶץ. בָּהָרֶץ. בָּעָרֶץ. בָּהָרֶזֶת. בָּהָרֶזֶת.

## §. 247.

Omnis, praeter gutturales, literae commode bis possunt immediate pronunciari, ut adeo dagesch forte omnibus literarum signis, praeter illa gutturalium, possit imprimi (§. praec.). Sed בְּגַדְכְּפָת, sunt literarum signa. Hinc dagesch quoque forte in illis esse poterit. Quum autem hoc per idem exprimatur punctum, quo dagesch lene (§. 239.), ideo dubii haerere possumus, quale, dato loco, dagesch adsit. Alia proinde criteria τὸ dagesch fortis, ut euoluamus necesse videtur, quo in omni loco de eiusdem praesentia certi simus.

Reliquae  
omnes dage  
schabiles.

## §. 248.

Experientia duce, docemur, tunc duplicitam literae unius eiusdemque pronunciationem posse percipi, quando una vice cum Vocali praecedenti combinatur, seu ad praecedentem syllabam refertur, altera vice ad sequentem Vocalēm et syllabam protrahitur: id ubi minus fieri potest, tunc commode litera bis pronunciari nequit, adeoque nec in scriptione duo earundem literarum signa immediate se excipiunt.

N 3

pere



pere queunt, nec vnum eorum alteri per dagesch, compendii ergo, inseri poterit.

### §. 249.

*uaenam ordinariae necessaria sunt ad dagesch forte.* Hinc vbi dagesch forte in quodam literae signo locum habere debet, ibi 1) immediate praecedat Vocalis (§. praec.), 2) unica minimum sequatur syllaba, ad quam alterum literae signum protrahatur (ibid.).

### §. 250.

*Criteria τὸν στόχον στρατηγεσχ fortis neralis specialia.* Multa specialia ex hisce sese offerunt pro discernendo dagesch forti a leni criteria. Ge-  
neresch fortis 1) nota τὸν στόχον στρατηγεσχ fortis est, quando punctum aliis praeter ב ג ר כ פ ה et נ literarum signis impressum conspicitur (§. 241. schol.). 2) Quando haec literarum signa ab initio vel fine vocis ordinarie dagesch exhibent, ibi non est forte (§. praec.). E. lene (§. 241.). Quando vero haec literarum signa in medio vocis occurrunt dagesch notata, tunc illi signo literae, cui dagesch impressum est, vel immediate Vocalis signum est praemissum, vel minus: si illud, tunc non esse poterit lene (§. 245.). E. forte (§. 240.). Si nulla immediate Vocalis praecedat, tunc ordinarie non poterit esse forte (§. praec.). E. lene (§. 240.).

SCHOL. Loquimur DE STATV ORDINARIO. Aliud est vbi INSCRIPTIONE ad casus minus regulares attendimus, in qua dagesch idque forte perspicimus partim ad seruandam deriuationem, partim ad exprimendos peculiares mentis status, qui fortior, durior, emque literarum haud raro pronun-

cia-

ciationem suadere poterunt, et ob quos literae vocum initiales non aspiratae, dagesch notatae, ad praecedentein annexi debent dictio-  
nem. Ut ob deriuationem conseruandam in  
scriptione dagesch idque forte reperiatur, loco  
alias minus commodo, exempla atque ex illis  
edocti Philologi celeberrimi fere omnes con-  
firmant, in aliis, vbi eadem tamen ratio, am-  
bigunt. Sint e. g. **תְּאַנְּבָתִים**, et **נְתְּנָנִים**, in quibus  
vltimum **ת**, dagesch ac schua notatum, ab omni-  
bus habetur pro dagesch forti, ex **ו** orto,  
compensatio, seu ut clarius mentem expli-  
cemus, pro dagesch forti, quod ob compen-  
dium loco **ת** bis ponendi adest, quorum alte-  
rum **ת** ideo hic deprehenditur, quia **ו** sonum  
sequentis literae lubenter aemulatur, quum  
alias esset **נְתְּנָנִים**, **נְתְּנָנִתִּים**. Hinc ex hocce da-  
gesch forti discimus, primo literam **ת** bis ades-  
se debere, licet non bis distincte simul possit  
pronunciari; ex hoc dein ascendimus ad il-  
lam rationem, vnde **ת** bis ponenda esset, quae  
nos ad deriuationem et radicem ducit, vnius,  
quod descendat a rad. **נְתְּנָנִים**, alterius, quod  
ex **נְתְּנָנִתִּים**. Non ergo ad literam modo bis pro-  
nunciandam dagesch hocce index est, quod  
fieri nequit (§. praec.), sed ut significetur  
origo, siue **ו** interponendum. Quo iure id  
potuit fieri, eodem ex simili plane fundamento  
multoque extantioribus rationibus est in voce  
**שְׁתִיּוֹת**, ob hocce solum punctum contro-  
uersa. Alii illud pro dagesch leni, pro da-  
gesch forti pauci, pro dagesch neutro quidam  
haud obscuri nominis philologi habent. Ve-  
reor ne audaciae reus siam, vbi nomina viro-  
rum horum illustrium recenserem, eorumque  
sententias refellerem. Accedo ad illos, qui  
dagesch forte idque compensatum illud di-  
cant.  
N 4

cant. Tertium dagesch praeter forte ac lene statuere, idque appellare euphonicum, est dagesch lene alio insignire nomine (§. 242.), dagesch vero neutrum est dagesch nullum (§. 238.). Hinc vel lene vel forte. Non lene, quia non est ab initio syllabae, ac dein quia, si difficultatem in pronunciando regere velis, in aliis casibus sub earundem literarum comprehensione non deprehenditur, e.g. שְׁתִי, a שְׁתָה, sed forte, *non eam ob causam*, *Et bis pronuncietur*, quod fieri nequit (§. praece.), *sed*, quum incerta plane deriuatio atque cum aliis confusio oriaretur, *ad conseruandam originem INSCRIPTIONE retinetur*. Testatur enim illud de eo, quod שְׁתִי שְׁתִי descendat, a rad. שְׁנַי iterare, vnde iteratio gemina, שְׁנֵי שְׁנֵי in masculine, ac ut foemininum ab eo distinguitur, nota ת additur, quae ante terminationem dualem posita, huncce reliquerit terminum שְׁנֵי. Sed tribus ante unam Vocalem literis aut noua Vocalis addenda est, aut una, quae minus necessaria, abiicienda, aut, quae optima est via, loco נ, quae literae sequentis sonum lubenter aemulatur, afflendum venit ת, שְׁתִי ת, quae duo eadem signa literarum ob compendium in uno eorum exhibentur per dagesch forte שְׁתִים. Hacce ni fallor ratione eiusmodi casus explicare poterunt. conf. Cel. Stellebagii, Patroni summopere colendi, Meditat. critico-philosoph. de voce שְׁתִי. Nec desunt exempla de eo, quod ob singularem mentis statum aliasque circumstantias, signis literarum, ab initio positarum, non adspiratarum imprimatur dagesch forte, quod ita acceleratam praecedentis vocis cum sequenti pronunciationem indicat,



cat, vt prima huius termini litera retrahatur ad syllabam praecedentis vocis vltimam. Hinc inter tales terminos haud raro deprehenditur mackeph, tanquam arctioris vinculi signum, imo illi termini, qui hoc loco separati apparent, aliis in locis in vnam coniuncti dictio-  
nem perspiciuntur. e. g. מְחַלְכָּס et

מְחַלְכָּה Ies. III. 5. מְלָכָּה et

מְהַטּוֹב וּמְהַנּוּם זָהָלָב Exod. III. 2.

Ps. 133. 1. וְחוֹתָה־זָאת Leuit. XVI. 34.

תְּעֵשָׂה־לֹן Iob. XXXV. 6. Dagesch hoc forte signis literarum ab initio vocis impressum, cum praecedenti tamen voce per mackeph copulatis, בְּחִיק, premens, coarctator vocatur. In aliis tamen locis mackeph abest, e. g.

הַבָּה נִתְחַכֵּמָה מְשֻׁחָתָשָׁם Gen. XXXI. 13.

פְּעַלְתָּ לְנָנָה עֲשָׂה פָּרוּ Gen. I. 12.

Ez. XXXVI. 12. Philologi obseruant circa voices eas, quas sequitur alia, cuius primo literae signo impressum est dagesch forte, quod fint peniculae, ac terminentur (ר), הַ, vel הֶ. Nouum vel ea obseruatio praebet argumentum pro eo, vt dagesch hocce habeamus pro forti: considerari illa litera potest, ac si esset in medio vocis polysyllabicae, quam immediate praecedit Vocalis (§. praec.). Distinctas hasce numero quidem voces, eius tamen generis, vti iam exhibuimus, appellant  
אֲזִי מְרֹחֶז. Quae pluribus modo diximus de dagesch forti, quod a sua velut origine deflectere videbatur, ea tribuunt alii τῷ dagesch euphonico. Non merae tamen euphoniae consulitur per hancce dagesch praesentiam; commendamus magis diligentiori sa-  
crarum literarum scrutatori assiduum in euol-

uendis atque peruestigandis veris vbiue circumstantiis studium, quod singularem haud raro voluptatem ei conciliabit, quando inter ipsius rei grauitatem, ac inter ipsos, quibus eam exprimunt, terminos suauem miratur consensum.

### §. 251.

Dagesch      Signum literae, cui dagesch impressum, ad praecedere ordinarię debet  
praecedentem semel Vocalem et syllabam pertinet (§. 249.). Praecedens igitur syllaba fit composita (§. 137. In hac autem ordinarię Vocalis brevis percipitur (§. 151.). Ut adeo signo literae, cui dagesch forte impressum est, signum Vocalis brevis ORDINARIE immediate praecedere debeat.

SCHOL. 1. Ob tonum minusque perfectam scriptiōnē haec non vbiue consentiunt, pluribus tamē casib⁹ haec non sine usū applicantur, praeципue vbi loco longae saepius brevis substitui debet Vocalis.

SCHOL. 2. Si compendium in scribendo neglere velis, tunc duo literarum earundem signa ita sese immediate excipiunt, ut vnum eorum notetur schua quiescenti e. g. סְגִלָּה, נְמַמָּה (§. 192. n. 3.). Schua vero est signum literae metae (§. 188.). Hinc dagesch τω̄ vel η̄ impressum, testatur de eo, quod vtrumque η̄ et η̄ bis sit literae metae signum, licet praecedat vocalis ad quiescendum commoda (§. 91. schol.).

תְּחִתִּים, עֲנֵיִם. Dein vbi signis literarum בְּגַרְכָּפָת impressum perspicitur dagesch forte, tunc bis quaelibet est pronuncianda, earumque signa in ſcriptione bis immedia-



mediate sese excipient, altero eiusdem schua quiescenti notato (per schol. praec.). e. g. **הַכְּבָדָר**, **כְּפֵי**. Hinc in pleniori horum signorum expressione, alteri imprimendum venit dagesch lene (§. 245.), **הַבְּרִית**. **אַתָּה**, sed quum ob compendium duo literarum signa in uno per dagesch forte possint exhiberi (§. 247. seq.), ideo iisdein signis literarum aspiratarum, quibus dagesch lene iam impressum, idem signum, quod dagesch forte indicat, adiiciendum venit; adeoque si dagesch forte vni signorum literarum aspiratarum imprimitur, tunc illud dagesch lene simul includit, seu sub datis circumstantiis tam aspiratio literae tollenda, quam gemina eius pronunciatio instituenda est.

## §. 252.

Duae semper syllabae necessariae sunt in gemina distincta vnius literae pronunciatione (§. 248.). Sublata altera syllaba, seu potius Vocali, quae eam unacum litera constituebat, tollitur distincta gemina vnius literae pronunciatione; tollitur quoque in scriptione perfecta (§. 35. prol.) alterum literae signum, et, quod eius vicem supplet, dagesch forte, cessant et reliqua hinc pendentia. Simulac vero Vocalis recurrunt, tunc statim renascitur possilitas, ad literam bis pronunciandam, dagesch forte recurrunt, per quod reliqua simul ad statum pristinum reducuntur.

Sublata  
et recurrente  
altera syllaba  
tollitur  
et recurrunt  
dagesch forte.

SCHOL. e. g. **כָּלָס**, **כָּלָל** ex **כָּל**  
**כָּבֵר**, **כָּפֵפ** ex **כָּפָ**. **לְבִי**, **לְבָב** ex

## §. 253.



## §. 253.

Dagesch  
ex literis  
schuatis num  
excidat,  
an minus?

Signum literae, in quo dagesch forte  
ret, altera vice pertinet ad syllabam seq-  
tem (§. 248.). In altera hacce syllaba  
illa vel immediate vel mediate est ante  
lem (§. 184.). Si mediate, tunc recipit  
(§. 192.), adeoque sub signo literae  
schatae schua commode adesse poterit, ne-  
cessarium est, ut dagesch ex literis sch-  
semper excidat. Sed quum duarum liter-  
ante vnam Vocalem vnio difficiliorem ordi-  
rie secum coniunctam habeat pronunciationem  
quam vbi vnica modo ante Vocalem liter-  
formanda, ideo litera illa, quae altera de-  
vice ad sequentem syllabam referri debet,  
raro omittitur; vnde prior syllaba relin-  
tar simplex, in qua signum Vocalis brevis  
manet vel eleuatur, si perfecta sit scriptio,  
longam eamque commodam (§. 2 .).

SCHOL. Exempla de iis, in quibus dage-  
forte impressum est literis schuatis.

וְקָרְמוֹנוֹ. לְבָחָה. חַזְבָּחִים etc.

De iis, in quibus ex literis schuatis excidit,

וְיִשְׁאָוֹ. תְּבָקֵשׁ. זְקָרָה. וְיִשְׁאָוֹ. תְּבָקֵשׁ. זְקָרָה.

כְּלָכֶם. כְּלָכֶם. חַקָּה. חַקָּה.

## §. 254.

Quid dagesch  
F. charakte-  
risticum,  
compensati-  
num et eupho-  
nicum.

Vt duae eadem immediate sese excipi-  
literae, variae sunt rationes. Interdum en-  
ob auctas circumstantias ideae internas, li-  
rae radicales augeri debent. Interdum lite-



ib faciliorem et proximiorem cum sequenti conuenientiam eodem sono, quo illa sequens, fertur, adeoque in scriptione, sonis mere accommodanda, duo earundem literarum signa sunt exhibenda, interdum praeter huius generalizationes suavi simul pronunciationi consummam per eandem literam bis pronunciandam, ut scriptio, sonorum index, gemina eiusdem figurae literarum signa exprimit. Dagesch orte duplicati literae signi testis est, cui vaiae adiiciuntur pro diuersa, ob quam literae his pronunciantur, ratione denominationes. Primum, quod notam seu characterem, ex quo le augmentatione ideae certiores reddimur, constituit, vocatur characteristicum, alterum, compensationium, tertium, euphonicum, licet nomina haec minus dici queant essentialia.

SCHOL. Dagesch forte est characteristicum, si secundae radicali impressum, de coniugatione graui, si pritnae, de Niphal etc. Antequam vero dagesch compensationium possit habere locum, assimilanda prius sunt literae: eo tamen elegantiore ordine, Et prima litera se conformet secundae, seruulis, radicali.

Sic נ, quando in fine syllabae exstat, idque sequatur alia litera, assimilatur pritis sequenti literae, vnde duae eadem literae, ac duo eadem literarum signa et horum loco dagesch forte vni impressum oriuntur. e. g. בְּפֹל, pro בְּפֹל, ex הַגּוֹשׁ. Sic ל in לִקְחָה, sonum sequentis literae aemulatur sub iisdem circumstantiis, sub quibus נ idein praestat. Si porro ad formam verborum נְפָנֵן quaedam verba



ba a incipientia accommodari dicuntur quoad eosdem respectus cum verbis מ, talibus haberi debere statuo, quum sint ces cognatae, quae licet a lexicographis inter verba a incipientia referantur, tamen sunt talia, ob eandem plane agen-  
tionem, qua in utrisque utimur.

Tandem ה seruile in Hithpaël ante literam fere cum illa soni e. g. ante ר, in eandem facile conuertibile est, ita וְתַהֲרֵר dicamus pro **הַתְּבִרָה** **חַתְּבִרָה** namus pro **הַתְּזִפָּה**, **מַלְיָנָה**. Haec caeterum literarum assimilatio plus linguis non ignota, latinorum praesertim quens. Neumannus Cl. dom. Heber P. III. Dagesch forte, inquit, non geminat, sed analogiam linguae iam dum geminatas scribendo coarctat in figuram Enam, bidental, et alibi, dagesch forte literas duas miles vel sibi inuicem assimilandas, scripto compendio, coarctat in Enam, Galore tam-  
plicem.

### S. 255.

#### Termini technici.

Occurrunt in hacce materia sequentes mini technici. 1) **שְׁגַשָּׁ** est ipsum illud etum. 2) **קְנוֹשָׁ** Dageschatum, coniugatio piel-dageschata. 3) **פְּעַל הַרְגִּישָׁ** דגשsha, litera dageschata. 4) **תְּקֵל** Dagesch lene. 5) **שְׁגַשָּׁ הַחֹזֶקָה** dagesch forte. Reliquos terminos vid. §. 250. schol.



## P. I. CAP. III.

DE MVTATIONIBVS, QVAE IN  
IPSIIS HEBRAEORVM VOCIBVS  
OCCVRRERE POSSVNT.

## SECT. I.

DE MVTATIONIBVS, QVAE CIRCA  
LITERAS VERSANTVR.

## §. 256.

Vna mox syllaba, mox plures earum vnam Mutationes constituant vocem (§. 156.), quae prout in terminis ideam significat, terminus audit (§. 7. Prol.). sunt necessariae.  
 Tot omnino dari terminos debere, quot diversas ideas, quarum numerus determinatur per ipsarum rerum quantitatem, in aprico posita res est. Quae varia rerum est ratio, ea quoque idearum obtinet, eadem terminorum dein est consideratio. Obiecta modo nuda menti sese offerunt, variis sub relationibus eadem alio tempore; vnde ideae illa nonnunquam nude exprimunt, interdum vero cum his vel illis determinationibus. Quapropter et termini aut sunt tam simplices, quam esse poterunt, aut pro variis, quos indigitare debent, statibus, vario modo aucti, vel quacunque alia ratione mutati. Quilibet alias status aliam seu mitatam reddit dictionem. Hinc quum plane fieri nequeat, ut idem semper maneat obiectum mutabile inuariatum, eademque idea, idcirco mutationes in terminis necessariae omnino sunt, hasce, si modo vires suppetant, possi-



possibles generatim hocce capite prosequemur.

**SCHOL.** Neminem, qui leuiter tantum haec norit, fugiet, amplissimum sed periculosissimum simul nos nunc adire campum, in quo sine offensione vix versari atque deambulare licet. Nec ignoramus, quod primarium huius capitatis obiectum, permutatio scilicet punctorum Vocalium, uti eam vocant, ultimum totius huius operis studium, salua omni accuratori methodo, esse possit, quum illa terminos ob incrementa longiores semper praestruat, ipsaque varii generis mutatio accommodari debeat illis determinationibus mutabilibus, quae in nominibus et verbis occurri et distingui possunt. At vero, quum generales modo terminorum, et sic literarum et Vocalium in terminis mutationes recensere ex iis, quae praecesserunt doctrinis, belimus, ideo quia recens earum adhuc est memoria, haud inepte agemus, si illam hoc loco materiam generatim proponemus, eamque in doctrinis specialioribus nominum, verborum, atque particularum cum iis, quae addi merentur, reddimus ampliorem.

### §. 257.

**Quomodo  
mutatio in ter-  
minis  
sit instituenda.**

Quando mutatio aliqua est suscipienda, tunc illud, in quo sit, non sub omni respectu idem manere potest (per def.). Quicquid cum termino materialiter spectato instituitur, illud in literis et vocalibus tanquam earum partibus aliquid suscipere debet (§. 17. Prol.). Hinc omnes mutationes, quae in terminis fieri debent, vel circa literas, vel circa Vocales, vel circa viresque vocum partes versentur, ita, ut



vel non eadem in omnibus literae, vel eadem minus Vocales, vel utrumque non plane idem maneat, quo antea fuit. Nisi unum ex hisce in duobus sit terminis, tunc non sunt duo seu diversi termini, sed unus idemque (§. 54.).

§. 258.

Mutationes circa terminos instituendae vel Quot generis versantur circa literas, vel circa Vocales vel mutationes circa utrasque (§. praec.), idcirco respectu sunt possibles totius termini hae modo mutationes sunt possibles :

- 1) Ut loco unius substituatur aliud,
- 2) ut ea, quae adsunt, alio tantum modo disponantur,
- 3) ut unum vel alterum, quod adest, abiciatur,
- 4) Ut unum vel alterum, quod non adest, addatur. Quae ubi applicaueris ad literas et vocales, in quibus si vox mutari debeat, harum mutationum una suscipienda est, prono aliueo fluunt huius generis mutationes.

- 1) Loco unius literae vel Vocalis substituenda est alia vel litera vel vocalis.
- 2) Literae vel Vocales, quae adsunt, alio tantum modo disponendae.
- 3) Litera vel Vocalis una aut altera, quae adsunt, abiciendae.
- 4) Litera vel Vocalis una vel plures, quae non adsunt, addendae.

Quibus accedunt mutationes ex hisce compositae.

Kochii Gram. Hebr.

O

SCHOL.



SCHOL. 1. Circa ipsam Vocalium substitutionem, variae rursus pro principali earum differentia determinari possunt mutationes possibles, quas in altera sectione ob accuratorem, facilioremque methodum enucleabimus. Quodsi interea omnes iam nominatas mutationes in terminis solide declarauerimus, tunc maximi momenti opus absoluissimus. Generalia earum iam prosequemur, pro exigua illa virium nostrarum mensura, quibus, si Deus modo firmiorem largiatur valetudinem, in dies addemus plura, donec aliqualis suo demum tempore et huic doctrinae concilietur perfectio.

SCHOL. 2. Vnius vocis mutatio composita esse potest ex variis tam literarum, quam vocalium mutationibus. Quapropter simplices prius tam literarum quam vocalium mutationes inuestigabimus, quas colligere potest, totam compositam vocis mutationem explicaturus.

### §. 259.

**Mutatio vocis** Non autem sufficit, ut hasce mutationes rationalis, uerimus esse possibles, per id enim nullum et irrationalis adhuc recipimus ius, quasdam earum actu applicare, sed rationes, ex circumstantiis aliisque, qui statum illum plene exhibent, petitas, allegare, quantum fieri potest, tenetur quandam mutationem actu suscepturnus. Mutatio illa, ad quam instituendam iustae prostant rationes, rationalis, in qua vero nullae aut contradictiones deprehenduntur, irrationalis vocatur.

SCHOL. Hactenus de iis, quae de quibusvis terminorum mutationibus generatim valent, quae propterea tam in mutatione literarum, quam in ea Vocalium applicari possunt, egimus.

Con-



Conferimus nos ad illas speciatim mutationes, quae literis praesertim sunt propriae, secundum ordinem §. 258. determinatum.

§. 260.

Loco huius vel illius literae non raro in vocibus substituuntur aliae, quod negotium in superioribus §. 52. seqq. conf. §. 60. 62. appellauimus alternationem literarum, quae tota hic erit repetenda. Fundamentum huius substitutionis, quod scil. possint inter se alternare, est conuenientia harum literarum in uno eodemque tertio proximiori, id vero tertium hoc loco exprimendum est, ad quod tamen haec non ita accommodata est litera, quam altera, quae singulare et accommodatissimum quid simul comprehendit, ob quod actualis substitutio instituitur. Hinc literae unius organi ob praegnantes rationes, partim ut sonus fortior, vel debilior fiat, partim ad varia inter se distinguenda, ad statum internum vel externum tandem suavi consensu exprimendum, inuicem alternant (§. 62. et schol.), qua de literarum mutatione §. 61. suppeditauimus exempla. Ob easdem quoque rationes vna litera quiescibilis alteri substitui potest, ac substituitur (§. 105. schol.) e. g. אָוְלִירְדּ בְּנֵילְרָדּ pro אָוְלִירְדּ נְגַלְדּ, אָהָתְנוֹןְ אָהָתְנוֹןְ pro אָהָתְנוֹןְ הָתְהָרְתָהְנָהְ pro הָתְהָרְתָהְנָהְ סְלָהְ pro סְלָהְ הָשְׁתַחֲוָהְ pro הָשְׁתַחֲוָהְ קְלִיְתָהְ בְּזֵוְתָהְ pro בְּזֵוְתָהְ הָשְׁתַחֲוָהְ pro קְלִיְתָהְ, Praesertim, quando ad deriuanda

Prima vocis  
circa literas  
mutatio.

da ex verbis **לְהָ** nomina, **הַ** illud, tanquam signum literae motae ab initio syllabae, applicari debet, tunc, loco illius, substitutio huius vel etiam **וּ** frequentior admodum est, ut, vnam deriuatione seruanda, sensibilior adhuc adsit literae quiescibilis sonus. Sic a **חֶרְבָּה**, deriuatur **כְּלִוּן** pro **כְּלִוֹן**, **כְּלָהּ** a **חֶרְבָּה**, **קְצֻוֹת** etc. a **קְצָהּ**. In hacce vnius literae quiescibiliſ pro altera substitutione, interdum mutatio sola est in literis, interdum coniuncta cum substitutione loco huius Vocalis, quae adest, eiusmodi, quae literae actu quiescenti maxime commoda. **הַ** et **הָ** ambo sunt notae foeminini generis apud Hebraeos, qui **הַ** in subsidium maximam partem vocarunt, quia **הַ** non semper ita, vti necesse est, sensibilem spargit sonum, quapropter et mutua harum literarum alternatio frequens admodum; de quo in doctrina de nominibus et verbis exempla suppeditabimus. e.g. **תְּשַׁׁוְּקָהּ**, pro **תְּשַׁׁוְּקָהּ**, **הַיִּתָּהּ**, pro **הַיִּתָּהּ**. Ob commodam, gratam atque faciliorem pronunciationem vna eaque sequens litera in locum prioris saepe substituitur, vt, dum eadem literae, his distincte pronunciatae, praeferri debeant, duabus diversis sensibili eo minus sono efferendis: ita loco **גַּ** et **הַ** ante alias sibilantes, saepius substituntur literae sequentes, pro **אֲנָשָׁ**, dicimus **אֲנָשָׁ** ex **הַנָּתָ**, **תְּנָתָ**, fit, **תְּנָתָ**, sed quum lit. **תְּ** bis hoc locopronunciari nequeat (§.248.), ideo dagesch cessat, et quum vox sit monosyl-



syllabica, Vocalis longa assumitur, hinc prodit  
תַת ; simili plane modo incedimus in forman-  
dis hisce vocibus, אָמֵנְתָה ex אָמֵנָה. אָנָפָה ex אָנָפָה. מְרֻבֶּר, חֲתַטְהָרוֹ, pro בְּנָתָה, בְּתָה, ex בְּנָתָה, בְּתָה, pro מְרֻבֶּר. אָרְבָּה, pro מְרֻבָּה. Imo,  
quum pronunciatio תַת cum sibilo coniun-  
cta sit (§. 42.), ideo cognatae ratione orga-  
ni, post צ, ט, post ז, ר, vt grauior tollatur  
duarum sibilantium sonus, interdum loco il-  
lius omni iure substituuntur (§. praeced.) e.g.  
חַזְקָה מִנְתָוֹן, נְצַחְקָה, pro דְּהַדְּמָנָתָוֹן.

Interea quemlibet amice rogatum volumus, ne  
ad celandam modo ignorantiam, aut alia com-  
moda, praeter necessitatem ad aliarum litera-  
rum substitutionem confugiat; si enim per  
formationem plane ordinariam eadem possu-  
mus eruere, quae per extraordinariam hancce  
viam, non leui semper probatione stipatam,  
cur, breuiori illa relicta, hanc per ambages se-  
quamur?

§. 261.

Accedimus ad alteram mutationis literarum Altera muta-  
speciem, qua literae non eum seruant ordi-  
nem, quem usus eis alias tribuit, hanc vocant  
transpositionem literarum. Quod ad fa-ili-  
tandam in concursu duarum grauiorum lite-  
rarum pronunciationem, ad varii generis de-  
riuativa ex radice formanda, ad alia demum,  
quae gratam secum ducunt varietatem, exhi-  
benda, literae nonnunquam locum suum mu-  
tent, seu transponantur, experientia in mul-

tionis  
literarum  
species.

tis linguis et in ipsa Hebraea testatur atque confirmat. Arduam omnino pronunciacionem fieri, quando duae sibilantes immediate occurunt formandae, quando praesertim ea, quae debiliorem eiusmodi sonum agnoscit, prius pronunciari debeat altera, quae fortior rem inuoluit, lubentes concedent ii omnes, qui experientiam tantum consulunt magistrum. Hinc duplicitis generis mutationes eo casu iam ostendimus, vel sonum plane eundem cum sequenti aemulatur immediate praecedens litera, vel cognata durior in eius locum assumitur, vel, quae tertia nunc accedit mutatione illa interdum transponitur, ita, ut litera cum fortiori sibilo prius formetur altera, quae eum leniori folum allisione secum dicit. Ex hisce haud obscure intelligimus, cur prout litera lingualis, in cuius formatione aliqua saltim ex parte ad dentes allidimus (§. 42. et 47.), ante literas quam maxime sibilantes, quales sunt ipsae dentales, saepius post hasce locetur, quum ex vsu alias frequentiori ante primam radicalem ponatur. e. g. וְשַׁתְּחֹנָה

וִסְתַּבֵּל, יְשַׁתְּמַם. Sic ut varietati studeant, vnam ideam duabus terminis, qui tamen quoad literas aliter tantum dispositas, seu quoad transpositionem literarum differunt, interdum exprimunt, qui proinde synonyma dici possunt, licet ex mente Hebraeorum non perfecta talia interdum esse queant. e. g. כְּשַׁבָּה, vel כְּבַשָּׂה, agna, vel ouis annicula. שְׁמַלָּה, vel שְׁלָמָה, vestimentum.

§. 262.



§. 262.

Transimus ad tertiam mutationis Confonā-  
rum in terminis speciem. Tribuimus haud  
raro terminis sonum, qui vbi per signa est ex-  
primendus, tot eorum minus requireret, quam  
actu adsunt, seu vt clarius nos explicemus,  
*signa sonorum lenissimorum seu literarum qui-*  
*escibilium in eo saepius statu posita perspiciuntur,* vt earum sonus vix effterri possit: neque  
tamen semper, quia ante Vocalem deprehen-  
duntur, quiescere queunt, nec, si in statu quie-  
tis essent (§. 92.), actu ob prolixiorē ter-  
minū aliaque impedimenta quiescere debent,  
nec vbiue alias sensibiliores substituere ex  
iisdem rationibus licet. Quapropter, quum  
nihil esse debeat in signis, quod non prius sit  
in sono (§. 35. Prol.), praesertim, quando  
non ad seruandam deriuationem ac evitandam  
cum aliis confusionem signa illarum literarum  
necessaria sunt, sed interna earum vis iam ple-  
ne est expressa: tunc sine omni detimento  
abesse poterunt literae illae, vel solae sine Vo-  
cali, vel cum Vocali, quae ob hasce modo li-  
teras adest. Sic intelligimus cur **ה** sub hisce  
conditionibus vtplurimum abiicitur: **לֹאָר**,  
**בְּחִכְמָה**, **לְהַרְאֹתָה**, **לְרַאֹתָה**, **לְהַאֲרָז**,  
**בְּהִזּוֹם**, **פִּזּוֹם**, pro **בְּחִכְמָה**,  
**לְהַשְׁמִיעַ**. In aliis tamen huius  
generis terminis ad conseruandam deriuatio-  
nem et evitandam confusionem in scriptione  
**ה** manet. **לְהַבֵּין** Prou. I. 2. **ה** et aliis casi-  
bus

Tertia muta-  
tionis  
literarum  
species.

bus insensibile in scriptione abest, pro **בָּרוֹן**, pro **שְׁלֹהוּ** pro **שְׁלֹהוּ**. Quod imitatur interdum א, eodem loco possum, licet, ob confusionem euitandam, illud abiici ordinarie non debeat. **וַיְבִשֵּׂר**, pro **וַיְבִשֵּׂר**, **מְלֹאָן** pro **מְלֹאָן**. Ezech. XXVIII. 16. **ה** in fine vocis vnam sua Vocali abest, e. g. pro **וַיְכַל**, **וַיְכַל**, tonus enim ad penultimam retrahitur, quapropter ultima syllaba citius pronuncianda, vix percipi potest, pro **וַיְרִיךְ** pro **קְרָאנָה** **יְשָׁק**, **יְשָׁק** ex **וְלֹהֶה** ex **וְלֹהֶה** ex **וְהַיָּה** ex **וְהַיָּה** ex **וְיַרְחָת** **יְקִיָּה** ex **יְקִיָּה**. Nec difficilis quoque est ratio, cur signa literarum quiescentium saepius absint, quando praesertim vis earum interna in Vocali longa praecedenti iam est expressa, tunc enim, nisi, ad seruandam deriuationem, remanent, necessaria non sunt (§. 103.). Sic א abest; pro **אֲבִיא**, **אֲבִיא** venire faciam. **הַחְלִיא** pro **הַחְלִיא**, **הַחְטִיא** pro **הַחְטִיא**, **הַחְלָח** pro **הַחְלָח**. Ef. LIII. 10. **בָּנוֹ**, pro **בָּנוֹ**.

De ה in fine vocis absentis exempla quaedam prostant, in medio enim vocis nunquam quiescit (§. 208. schol.). **וְהַפְּשִׂזְנָה**, **קְרָאָז**. 'multis omnino locis tanquam quiescens abest, de quo iam supra allegauimus exempla, quibus quaedam hic addemus. **אִימִיכָּה** pro **אִימִיכָּה**, **בְּנִיתִי** pro **בְּנִיתִי**, **תְּעִשְׂנָה** pro **תְּעִשְׂנָה**. saepius ac infinitis locis abest, ubi tanquam qui-



quiescens respicitur. Literae, mediate ante Vocales, ea minus distinctione possunt effterri, qua illae, quae immediate ante eas sunt pronunciandae. Si illa simul litera sit talis, ut vel tanquam quiescibilis lenissimum habeat sonum, vel faciliori ratione, saluo omni significatu, atque sine ulla confusione absit, quia alias sonum sequentis literae aemulatur, quae hoc tamen loco semel tantum percipi potest, tunc rationes omnino prostant, ob quas signa illarum, quae ordinarie adesse deberent, abiiciuntur. Sic י et ב mediate ante Vocalem haud raro absunt, praesertim in verbis. שׁ, pro שׁתִּי. נָנָשׁתִּי, pro נָנָשׁן. quod imitatur ל, in לְקַחַתִּי. e.g. לְקַחַתִּי, pro קַחֲתִּי. לְבַדִּי, pro בַּדִּי. רַתִּה, pro רַתִּה. Quod ר ante cognatam ת ob eundem fere sonum nonnunquam abiiciatur, de eo non ē longinquò petenda est ratio.

SCHOL. Ea, quae concinna ratione hoc in so collegimus, grammatici diuersis in locis atque variis sub nominibus proponunt. Quidam aphaeresin, apocopen et syncopen allegant, quando huius generis literarum mutationes enumerare volunt.

§. 263.

Vltima tandem mutatio, quae quoad literas in termino poterit suscipi, est ea, qua literae, quae non adsunt, adduntur. Cautius et accuratius hoc in negotio ut versemur, necesse est. Ut deriuatiua ex termino primitivo fermentur, inter alios modos is quoque obtinet,

Vltima mutationis litterarum species.



net, ut eidem adiiciantur literae eaeque seruiles (§. 116.). Praeter haec variae determinaciones ideae possunt accedere, quae per certa signa terminis addenda, sunt exprimendae, cuius generis erunt characteres generis, numeri etc. in nominibus pariter ac verbis, in hisce speciatim characteres coniugationum, temporum atque personarum. Ob accedentia denique suffixa et praefixa terminus itidem augmentum per literas recipit. Sed de omnibus hisce nobis hic sermo non erit, quum hasce accessiones, suo quamque loco, curatus velimus explicare. *De illis potius literarum signis quaedam differere mens nobis est, quae integro iam termino confecto, interdum adduntur, quaeue a plurimis pro minus necessariis atque plane otiosis habentur.* Si ad peculiare quoddam indigitandum literae quaedam tantum termino adiiciuntur, sequitur, ut quandiu litera ad significatum ipsius termini simpliciter considerati pertinet, ea non possit haberi pro tali, quae ad singulare quid indicandum, sit apposita, eo igitur casu per illam literam adiectam terminus nullam recepit huius generis mutationem. Fieri autem potest, ut ob peculiarem vocis emphasis, ut ob sonum eo clarius & diutius percipiendum, ipsa vox aut una eiusdem syllaba longior protrahiri debeat, quae soni productio commode in scriptione indicari poterit, quando signo Vocalis addatur signum literae quiescentis (§. 96.); hinc nec miraris, cur signa literarum quiescentium **N**, **ñ**, **ñ** non-



nonnunquam ad id indicandum adhiberi solent. Hisce praemissis, falso נ, uti vocant, epentheticum est in פָּאֵרִי, רָאֵשׁ, קָאֵן etc.

Hae enim literae per naturam termini adsunt, sunt enim verba, quorum media radicalis est litera quiescens, quae, nescio quo iure, semper non esse debere perhibetur, uti nostram sententiam ipse *Kimchius* aliique ex Iudeis et Christianis philologi confirmant. Sed in אַשְׁמָוֹלָה, נֶצֶח, אַשְׁמָאֵילָה, נֶגֶז, pro אַשְׁמָוֹלָה, בְּשָׂמָאֵלָה, נֶשֶׁוֹתָה, אַבּוֹא, אַבּוֹר, בְּשָׂמָאֵלָה, חַרְכָּא, casus, ad quos alludimus, adsunt. Pari modo ה, non nisi tamen in fine vocis, ob allegatas saepe rationes deprehenditur, quum terminus suum et fine illo agnoscat significatum ordinarium. Additur vero vocibus, quarum finis vel litera mota est vel Vocalis; si illud, tunc necessario adiicienda venit Vocalis, eaque in plurimis casibus ob gutturalem commoda (§. 49.), et ob quiescentem longa; si hoc, tunc ea ordinarie iam erit prima (per exper.). Omnes igitur casus hic excludimus, vbi ultimum ה, quacunque quiescat Vocali, ad terminum ordinarie formandum pertinet, vbi e. g. nota est foeminini generis, vel vbi in verbis לְהָ, tertia litera radicalis est, vel vbi particulam notat, siue ה locale est, tunc enim spectat ad determinandum significatum vocis ordinarium. Cur autem ה medio vocis minus inferatur ex eiusdem natura, quum ibi ad quietem non ducatur, facili ne-

gotio



gotio eruitur, eaque quae *Altingius* p. 328 assert exempla, id non probant, quod probare debent: quum ex pronomine tertiae personae, vnde suffixum eiusdem personae ortum trahit, ה retineatur. e. g. 2. Sam. XXIII, 6.

**כלֶת**, pro **כלָה**, quae adeo exempla nos minus feriunt (per praec.). Hinc ea tantum ad confirmanda nostra principia profere mus, quae ה, cui praemissum est vtplurimum (~), raro (..), ob peculiare quoddam indig-  
**שׁוֹבֵחַ לְבָבָה**, **רַכְבָּה**, **נִשְׁלִיכָה**, **נִגְתַּקָּה**, **נִלְבַּנָּה**, reuertere,  
**הַפְּנִיתָה**, **אַיְמָךְ**, **רִשְׁוֹעַתָּה**, **נִצְפָּנָה**, per non ob-  
**אַיִלָּה**, **חַזְבָּן**, ab inusitato, cuius forma constructa adhuc adeit  
**מַלְאַכְכָּה**, **אֵי**. Nah. II. 14. Eam inter ה, quando páragogicum, ita enim eiusmodi, quod nos explicauimus, ה appellant, et quando nota foeminini generis aut radicalis litera est, differentiam ex accentuum situ grammatici adhuc obseruarunt, vt illis in locis tonus penultimam, in his vero vltimam vtplurimum afficiat syllabam. Ordo nos dicit ad signum literae ו, quod eidem interdum officio tam media in dictione, quam in fine eiusdem destinatur. **תִּיעַשָּׂה** Exod. XXV. 31. **וְסַבִּיב**  
**מִיאָתִי** Ef. XXXXIII. 24. 2. Reg. VIII. 21. **שְׁכַנִּי**, **שְׁכַנְיָה**, pro **שְׁכִנָּה**, Restaret demum ו, quod eum tamen in finem vix ac ne vix quidem termino interseritur, vi-  
 expe-



experientiam eligimus ducem; ea enim exempla, quae summi nominis philologi allegant, tale quid nunquam produnt, sed, quod maxime miror, notas masorethicas spectant, quorum virorum peculiaris in exhibendis illis, quae explicationis et illustrationis causa annotarunt, mos cognitus satis perspectusue est; scilicet quod literas in textu relinquant integras, Vocalibus tamen sub illis ordinariis abiectis, in quarum locum suas, quae respondent termino in margine adscripto, substituunt Vocales. Quapropter haud leue vitium esset, ubi Vocales termino in textu additas eo casu habeas pro illis, quae ei essent propriae. Hinc in יְהוָה, אַשְׁקֹוֹתָה, מִירְדֵּי, נְתָנָה, אֲתָה, et innumeris aliis puncta subscripta non sunt illarum vocum, sub quibus conspiciuntur, sed aliarum vel in margine praesentium, vel subintellectarum. Quod in בְּנֵי־אֶרְצָה, וַיְמִתּוּן quiescens in cholem idem praestet officium, non contradicit. Ita haec per accedentes literas quiescentes termino facta augmenta intelligimus, quibus ob sororium plane nexus eademque officia adiungimus, quod ante pronomina suffixa in verbis potissimum deprehenditur, eo fine ut illa ipsa eo magis distingui atque percipi possint, neque confundantur cum characteribus illis personarum et numeri, quae ab eadem descendunt origine; hocce vero literae signum, nec aliud selegerunt, quia 1) facillime bis pronunciari, si similis sequatur 2) si alia vero consona, sonum illius aemulari poterit

rit (§. 254. schol.), per quod utrumque sensibilius sit suffixum. Sic ante **הַזֹּה֙ קָנִי֙**, et **וְנַעֲשֵׂנִי֙ וְסַרְפֵּנִי֙** in verbis praesertim frequens. e. g. **קָרְאָנָה֙ עָזָבָה֙ מִסְרָךְ֙ יְשַׁחַרְנָה֙ יְקַרְאָנָה֙ וְקַבְנָה֙ יְשַׁבְנָה֙ אַיִלָּה֙ אַיִלָּה֙ וְעַשְׂרָנָה֙ יְשַׁאַבְנָה֙ יְרַעַן֙ תְּחִוָּלָה֙ בְּצָשָׁן֙**. Ita in verbis rursus post **ל** et **ג**. non raro ad eo longiore ac clariorem productionem idem annexatur, e. g. **וְשַׁאַבְנָה֙ יְרַעַן֙ תְּחִוָּלָה֙ בְּצָשָׁן֙**.

SCHOL. Quae modo pluribus in nostro so in medium protulimus, plurimi aliorum in doctrinis de epenthesi et paragoge dicunt. Rationalem harum literarum in terminis mutationem fieri, vbi una alteraue ratio ex supeditatis nos determinat ad illam suscipiendam, dubitari nequit: quiumue plures mutationes circa literas in terminis non possunt occurrere (§. 25:), idcirco priori parti satisfecisse credimus, hancce simul doctrinam deferentes, cui haec modo addimus verba, quod inter delicias philologicas ea haud minima sit, quando sollicita cura veram ubique omnium in voce praecipue quod ad literas, mutationum rationem indagare studemus, tunc minus sterilem, omnique foecunditate destitutam, commendabimus analysis, ut rerum, quae ad grammatices praexcepta spectant, nunquam pertaesum studium hocce ab omni, quem multi lepide illi adspergunt, contentu liberare possimus. Missis iam iis mutationibus, quae circa literas sigillatim spectatas in termino occurserunt, confessim prolabemur ad eas, quae Vocales, iterum simpliciter consideratae, in termino subire possunt.

SECT. II.



S E C T. II.

DE

MVTATIONIBVS CIRCA VOCALES  
IN TERMINO.

§. 264.

Vocales constituunt alteram vocum partem Quot generis (§. 17. Prol.). Hinc vbi tota vox mutationibus est obnoxia, Vocales quoque non respuunt illas, sed quot generis mutationes in terminis, quod ad literas, sunt possibles, tot, nec plures neque pauciores erunt circa Vocales. Sed quatuor eorum concipiuntur (§. 258.) scilicet 1) *Vt loco illarum Vocalium, quae ad sunt aliae substituantur.* 2) *Alio tantum ordine disponantur, seu transponantur.* 3) *Vt una Vocalis abiiciatur.* 4) *Vna vel plures addantur.*

SCHOL. Eadem serie varias hasce mutationes Vocalium, easque rationales (§. 259.) prosequemur, qua simul occasione ad alternationem seu simplicem Vocalium mutationem, ad earum transpositionem, ad famosam illam punctorum permutationem et augmentum syllabarum in termino, accedimus.

§. 265.

Si loco vnius Vocalis alia est assumenda, Quid circa tunc generatim rursus ob primarium illud Vo- primam mutationem calium discrimen hae sunt possibles mutatio- nes:

1) *Loco Vocalis longae, cognata vel alia breuis.*

2) *Lo-*

mutationes  
circa Vocales  
in termino  
sint possibles.

discrimen Vo-  
calium praec-

sterē  
aliquip



- 2) *Loco breuis, cognata vel alia longa.*  
 3) *Loco huius Vocalis longae, alia longa.*  
 4) *Loco huius Vocalis breuis, alia breuis.*

## §. 266.

**Quid alterna-** Mutatio illa Vocalium, qua loco vnius alia  
**tio** assumitur, vocatur *alternatio*, quam nomina-  
**Vocalium.** mus *mutationem Vocalium simplicem*: adeo-  
 que quatuor h̄o praec. allegatae ad hancce  
 sunt referenda, quibus opponemus permuta-  
 tionem punctorum, qua plane abiiciuntur Vo-  
 cales. Quum vero rationes proftare debeant,  
 ob quas vna Vocalis alteri substituitur, si ra-  
 tionalem appellare velimus Vocalium alterna-  
 tionem (§. 258.), ideo ex praecedentibus  
 doctrinis colligemus eas, additis adhuc gene-  
 ralibus quibusdam, quae integrum nostram  
 perficient materiam.

**SCHOL.** Si tuto satis hic procedere velimus,  
*caveamus* primo, necesse est, ne credamus quan-  
 dam Vocalium substitutionem esse factam, ubi  
 nulla plane necessaria; quum ad veram rectam  
 que formationem attendentes, hasce Vocales de-  
 prehendimus ordinarias. Dein si quaedam Vo-  
 calium alternatio actu facta sit, tunc circum-  
 specti iuxta ac diligentes in peruestigandis veris  
 harum mutationum rationibus esse debemus, n̄  
 bel nullas bel falsas seu contradictorias alle-  
 gemus.

## §. 267.

**Prima qua-** Quaelibet Vocalis, vel longa est, vel brevis  
**stio] erit** (§. 8.), adeoque vbi vna alteri venit substi-  
**qualis?** tuta, tunc vel longa, vel brevis. **Prima ig-**  
**tut**



tur tua cura sit, antequam actu Vocalem alteri substituis, num breuem aut longam. Si eadem syllabarum, reliquarumue circumstan- tiarum vbiique maneret ratio, tunc alia eius- dem qualitatis ponenda esset Vocalis, pro bre- ui, alia breuis, pro longa alia longa. Sed nec syllabarum, nec aliarum, quae accedunt, rerum eadem inuariata manet conditio, vt omni iure loco longae, breuem, et loco bre- uis, longam assumere cogantur, quibus varia neque ex omni parte perfecta scriptio suam addit confirmationem.

§. 268.

Non adeo difficilior ille erit labor, quo enucleamus, *qualis*, num longa an breuis, *substi- tuenda* sit *Vocalis*? Totius fere intricatoris negotii cardo versatur in eo, vt iustas atque accommodatas calleamus regulas, quae accu- rate determinant, *quaenam ex longis illis vel breuibus* eligenda sit, vna enim ex illis neces- fario adesse debet (§. 8.).

Altera,  
quaenam?

§. 269.

*Vel sola syllabarum conditio et varietas de- Vnde genera- terminat ordinarie, qualis sit assumenda, quum tim haec in composita breuis, in simplici longa ordina- concipientur.*  
rie sit necessaria (§. 151. schol. et 152.). Quum vero Vocales in termino accommodari debeant literis, neque minus diuersi omnino termini per diuersa signa sint distinguendi, ideo circa substitutionem huius vel illius Vo- calis pro illa, quae iam actu adest, dispicien-

Kochii Gram. Hebr.

P dum



dum est, ne vlla admittatur confusio cum aliis, quae plane diuersa sunt, quaeue non satis possent agnosciri, nisi quaedam in Vocalibus fiat mutatio, eaque modo alternatio. Hinc *euitanda primo confusio*, quae coniuncta est cum studio distinguendi, et *ipsarum literarum natura* plurimas confirmabunt regulas, ex quibus perspicere licet, *quaenam ex Vocalibus sint quolibet loco eligendae*.

SCHOL. Plurimarum huius generis in Vocalibus mutationum causas sat rationales in sequentibus explicabimus.

### §. 270.

**Quid Vocalium cognatio alternationem vocamus, cognatae ut plurimum et quaenam sint cognatae?** In hacce mutationis Vocalium specie, quam Vocales sibi substituuntur. *Cognatio vero inter Vocales longas et breues earumque praecipue signa, tunc potest praedicari, quando inter eos arctissimum est vinculum, proximiorque nexus.* Vbi vero idem utriusque signi Vocalis sonus, aut vbi unum trahit ortum suum ab altero, ibi proximior sane nexus concipiatur. Hinc ea Vocalium signa omni iure dicuntur cognata, quae vel eiusdem plane soni sunt signa, vel quorum unum sigum oritur ab altero. Illa Vocalium signa dicuntur cognata ob sonum, haec ob compositionem: et nunc erit locus, quo illam signorum Vocalium formationem, quam in superioribus C. I. Sect. I. explicauimus, rite applicemus. Quum vero oppositio illa cognatarum Vocalium seu earum signorum huc apprime faciat, ideo ex regulis loco



loco cit. suppeditatis eam hic distincte exhibebimus :

Signa Voc. breu.      Voc. long. cogn.

+, ratione soni et compositionis (§. 14. §. 23. Reg. 1.

§. 24. et 25.

.. ratione soni (§. 14. 25.).

{ †. ratione soni (ibid.).

.. ratione compositionis

(§. 24. et 27.).

† ratione soni (§. 14. 25.).

{ † ratione soni (ibid.).

{ † et † ratione compositionis

(§. 24. et 27.).

Hinc si pro (.) longa sit assumenda, tunc (..) et (†.) sunt accommodata, et econtrario, si loco (..), signum Vocalis breuis sit substitendum, tunc modo (v), modo (.) apta censentur, tanquam signa Vocalium cognata. Si pro (.) longa adoptanda, tunc †, et †, tuto substitui, pro † vero, loco breuis, tam (v), quam (.) applicari possunt (§. 27.). Casus igitur tantum sunt confirmandi, in quibus omni iure loco longarum Vocalium breues, et loco harum illae eaeque cognatae veniunt substituendae, tunc haec multis statim exemplis stabiliri queunt, nosque simul magnam partem alternationis Vocalium rationalis intelligemus.

## §. 271.

**Quonam or-**  
dine hasce  
**Vocalium mu-**  
tationes  
**explicabimus.**

Nisi peculiaris vel literarum quarundam na-  
tura, aut euitanda confusio nos iubeat, quas-  
dam pree aliis commodas assumere Vocales, na-  
turalis maxime ordo ille est, vt, si loco longae  
substituenda sit breuis Vocalis, cognata assu-  
matur, et contrario casu, cognata breuis (§.  
praec.). Iam vero, num breuis an longa Vo-  
calis sit eligenda, diiudicandum venit ex na-  
tura et affectionibus syllabae (§. 269.). Hinc  
eruemus primo illos casus, in quibus ob varie-  
tatem syllabarum earumque primariam affi-  
ctionem, tonum scilicet, cognatae Vocales sibi  
respondent, quibus subiungemus reliquos, in  
quibus ob peculiares rationes minus cognatae  
sed heterogeneae sibi substituuntur.

## §. 272.

**Casus,**  
vbi cognatae  
modo Vocales  
sibi sub-  
stituuntur,

Quaelibet syllaba requirit Vocalem (§. 125.).  
Est autem vel simplex vel composita (§. 139.),  
vtraeque differunt (§. 137.), adeoque quae-  
libet illarum ordinarie diuersas exigit ratione  
temporis Vocales (§. 150.), ita, vt in syllaba  
composita sit breuis (§. 151. schol.), in sim-  
plici longa (§. 152.). Simulac igitur ex  
syllaba composita fit simplex, tunc loco breuis,  
quae ordinarie adesset, substituenda esset longa,  
eaque, si fieri possit, cognata (§. praec.). Si  
ex simplici vero, composita, tunc loco longae  
adoptanda veniret breuis, si statum plane re-  
gularem sine tono assumamus. Sed mox per  
literam abiectam, aut a syllaba, ad quam an-  
tea



tea pertineret, separatam, ex composita simplex, per literam motam dein additam, ex simplici composita, fieri poterit. Casus igitur introspicimus, in quibus ob varietatem syllabarum, alternationem Vocalium intelligimus, quae, vbi inter cognatas simul est Vocales, nullis vterius rationibus ad sui confirmationem indiget. Mutationes proinde in literis factae, occasionem praebent fuscipendi mutationes in Vocalibus. Illustremus haec per exempla, vbi ex composita simplex, e. g. בְּעֵת pro, בָּעֵת. מִנְחָלִי, מִנְחָלוֹ ex יְקַיִס pro, יְקַיִס. בְּהֵצֶת pro, בָּעֵת ex יְסָב pro, יְסָב. media pereunte. ex זְרֻחָן pro, זְרוֹן. זְרֻחָן, וְסָבָב tertia insensibili ablata. חְזָוֹן pro, חְזָוֹן ex לְבָב. et secundum data principia. לְבָב. כְּלָל ex כְּלָל. תְּמִם pro, תְּמִם. rad. תְּמִם. Haec vera sunt de syllabis simpliciter tantum consideratis: quod si vero ad primariam illam syllabarum affectionem, tonum scilicet respicimus, tunc vbi in scriptione exprimendus est, Vocalis longa in syllaba composita, bre-



uis in simplici esse debet (§. 169.) ; adeoque si in syllaba composita, breui Vocali notata, tonus sit indicandus, tunc eius loco Vocalis longa eaque cognata ordinarie substituenda est, in syllaba simplici, Vocalis breuis ; quo rursus cessante, ea, quae ad illum exprimentum adfuerunt, abesse rursus debent (§. 168. seq.). Innumera de hisce existant exempla, quorum nonnulla §. cit. deprehenduntur, e. g. קָרְשָׁן, pro קָרְשָׁן, וְשָׁנָה, a שָׁנָה.

## §. 273.

**Casus,** Substituuntur tamen hisce sub circumstan-  
in quibus he- tiis loco earum Vocalium, quae adfunt, non  
terogeneae semper cognatae, sed et heterogeneae. Eae  
inuicem alter- autem sunt omnes illae Vocales, quae nec quod  
nant. ad sonum, nec quod ad compositionem nexus  
inuicem agnoscunt, e. g. si A, pro O, E, pro  
U, (+) vel (-) loco ִ, vel .., + pro (.).  
(..) pro (-), (-) pro saegol etc. ponuntur.  
*In hisce casibus non sufficit, ut allegemus va-*  
*rias syllabarum rationes, sed praeter illas ne-*  
*cessario alia eaque vel ex natura literarum,*  
*vel circumstantiarum aliarum, quae confusio-*  
*nem evitandam suadent, petita argumenta-*  
*erunt proferenda, ex quibus rationalis earum*  
*substitutio defendi atque probari debet*  
(§. 269.). Naturam prius quarundam lite-

1) ob Guttu-  
rales.

rarum inuestigabimus. Gutturalium literarum difficilior formatio ex multis iam patet speci- minibus, vt illa leuetur, prae omnibus Vocalibus amant primam maxima gutturis apertu- rae,



rae, ut pro quacunque Vocali, pro diuersa syllabarum natura, mox prima longa, eiusdem mox breuis assumatur. Sic pro יִמְצָא, יִמְצָא pro אֶחָד, אֶחָד, pro יִגְאַל, יִגְאַל, pro קָרְבָּן, קָרְבָּן, pro שְׁמַע, שְׁמַע.

Vti ob sonum eundem non diu continuandum suavitati in audiendo quoque inseruit, et loco vnius A, substituunt E, הָאֲנָכִי (§. 49.). Quum etiam gutturales in fine syllabae media in dictione praesentes ament esse ab initio sequentis (§. 203.), idcirco praecedentein, a qua separantur, syllabam relinquunt simplicem, in qua vel vna ex tribus illis (-), (..), (.), deprehenditur, vel (.) aut (.), si illud, tunc schua compositum sub gutturali mediate ante Vocalem poneendum, accommodatur ad illam; si hoc, tunc Vocales (.) vel (..), conformantur signo illius Vocalis, quod sub gutturali τω̄ schua annexum peripicitur (§. 205.). conf. exempla ibi allata, quae permultis aliis ex S. codice depromtis stipantur. Praeter hasce gutturales peculiarem quoque literarum quiescentium vim supra C. I. Sect. III. declaravimus. נ et נ post quamcunque Vocalem possunt quiescere, quod tamen circa י et י secus est. Haec signa literarum, vbi post Vocalem deprehenduntur, vel praemissam habent ad quiescendum commodam, vel minus. Si illud, tunc possunt, vbi necesse est, quiescere (§. 93. §. 94.), si hoc, tunc minus quidem possunt quiescere, sed multis in locis id

Obquiescibiles.

minus est necessarium. Quamdiu haec obtinent, tamdiu nulla mutatio Vocalium necessaria est. At vero litera quiescibilis, in statu quietis post Vocalem minus tamen commodam praesens, actu saepius quiescere debet (per exper.). Hinc alia vix via incedere possumus, quam vbi commoda's substituimus Vocales. Qua simul occasione rationalem omnino Vocalium alternationem obtinere nouimus, quando pro (-) ante ' multis sane vicibus assumitur ( . ), et dein ( .. ). pro ( + ) ante ׁ, ׂ etc. טָהָרָה pro מְתֻחָה בִּתְהִי ex , בִּתְהִי עַיְנָה pro עַיְנָה a עַיְנָה . Amplissima vero altera a nobis allata mutationis atque substitutionis Vocalium heterogenearum est ratio.

*Ob confusio-*  
nem euitan-  
dam,  
varia que di-  
stinguenda.

*Ob multa varia in uno termi-*  
*no distinguenda, ob euitandas cum aliis, que*  
*diuersa sunt, confusiones, maxime heteroge-*  
*neae sibi substitui possunt Vocales. e. g. In*  
*verbis geminantibus et quiescentibus Ajin,*  
*praeformatiua in kal et niphal recipit ( - ), in*  
*hiphil saepe ( .. ), sic in aliis ׁ, in aliis ׂ etc.*  
*ponuntur pro Vocalibus reliquis ordinariis; si*  
*vero ad varietatem syllabarum, atque ad omnes*  
*simul determinationes, talium praesertim ter-*  
*minorum, qui in multis conueniunt, in aliis*  
*tamen differunt. e. g. Verba quiescentia et*  
*geminantia Ajin, פְּנָה, et פְּנָה, et פְּנָה etc. at-*  
*tendas, miram suauemque harmoniam magna*  
*cum animi voluptate perspicies. Quapropter*  
*attento satis ad varias istas Vocalium mutatio-*  
*nes*



nes diuersarum facile rerum characteres, per Vocales constituendi, sese offerunt. e. g.  
מִזְוָת, יְמָנוֹת pro יְמָנוֹת ex rad. מִזְבֵּחַ, יְסֻבֵּבַ pro יְסֻבֵּבַ ex rad. אָמֵר, יְאִמֵּר pro יְאִמֵּר ex rad. וְיִלְגֶּה, pro יְיִלְגֶּה ex יְיִלְגֶּה. Ea tandem vnius Vocalis pro altera substitutio, qua loco illius, qui sonum impurum agnoscit, adoptatur alia-  
soni puri, non ad alternationem Vocalium co-  
gnatarum, nec ad illam mere heterogenearum  
pertinet, sed ex vtrisque aliquid mutuatur.  
Sic זָרָעַ pro מֶלֶךְ ex מֶלֶכִי, זָרָעַ pro מֶלֶךְ ex מֶלֶכִי. Forsitan ob E impurum in  
vtima syllaba מֶלֶךְ aliorumque eiusdem  
formae terminorum, quae sonum A adhuc in-  
cludit, in plurali assumitur A, atque propter  
syllabam simplicem (כְּבָשִׂים, מֶלֶכִים etc.

§. 274.

Ob vunionem plurium literarum cum vnica Vocali concipimus nonnunquam difficiliorem vocis pronunciationem, quando Vocalis, qua mediante tota illa syllaba fit sonora, eo con- spicitur loco, quo minus commode distincta cuiusuis literae pronunciatio institui potest. Certam vero hic minus ubique figere pedem licet, vt absolute determinemus locum, in quo, praesertim in comprehensione plurium literarum cum vnica Vocali, commodum ponamus locum ad distinctam omnium literarum,

Altera muta-  
tionis  
Vocalium  
species.

quae non minima est perfectio, pronunciatio-  
nem. Plures quatuor literis ad vnam syllabam  
non possunt referri (§. 129.), adeoque vel  
quatuor, vel tres, vel duae, vel minimum vna  
ad vnicam syllabam pertinent. Si quatuor  
literae ad *vnicam* referenda, tunc non est, vt  
diu haesitemus de commodo Vocalis loco, illa  
enim hunc necessario occupare debet, quo  
duae ante et duae post illam formare possint  
(§. 129.). Si tres, tunc illae non omnes  
ante Vocalem esse queunt (ibid.), sed vel  
duae ante et vna post eam, vel vna ante et  
duae post Vocalem sunt constituenda. Certi  
quid nihil determinari hoc in casu licet, in-  
terdum enim, vbi Vocalis ita locatur, vt vna  
litera sit ante ac duae post illam, vbi inuersa  
interdum vice, tunc omnes commode literae  
efferri possunt. Si vero duae modo literae  
cum vniica Vocali sunt comprehendendae, tunc  
accurate ac sine omni exceptione commodum  
Vocalis locum determinare possumus, quo  
duae hae literae clariori satis pronunciatione  
edi queunt, ille autem est, vbi vna litera ante  
Vocalem, atque vna post illam formatur, me-  
diumque tenet locum. In vnius tantum literae  
cum vniica Vocali comprehensione nullum  
plane orietur dubium, quum illa in Hebrae-  
orum syllaba per eius ideam ante Vocalem  
esse debeat (126.). Hinc vbi in vniione duarum  
literarum cum vniica Vocali, ambae ante illam  
sint efferenda; difficultas omnino in huius  
syllabae pronunciatione oritur, quam saepe ob-

maio-

359P

39



maiora incommoda declinare non valemus: ubi vero sine significatus discriminé et hancce in pronunciando difficultatem euitare, nobisque faciliorem, distinctam gratamue viam ad totius vocis sonum efferendum pandere possumus, tunc nobis ipsis deessemus, adeoque et iustas in promptu habemus rationes ad id, ut Vocalem suo loco moueamus ad illum, quo vtraeque literae suum per accuratiorem fortiorē formationem prodere sonum queunt. Hanc vero Vocalium e sua sede motionem, appellamus *transpositionem earum*. Hinc haec altera Vocalium mutatio suis non destituitur fundamentis, sed uno alteroue in sacris confirmatur exemplo. e. g. לְ, pro לֵךְ, sic et אַתָּה, pro אַתְּךָ. קְשֹׁרֶת, pro יְהִי. כְּתֻבֶּת, pro כְּתַבְּךָ. קְשׁוּרֶת, pro וְהִי, ex וְהִיא. תְּשִׁיר, pro תְּשִׁירָה, ex תְּשִׁיחָה.

§. 275.

Sequitur tertia vocum, quoad Vocales mutationem, quae in eo consistit, ut harum plane fiat iactura. Omnis Hebraeorum vox est articulata (§. 14. Prol. et 156.), minimumque ex unica constat syllaba. Sed ut in aliis, sic et in lingua Hebraea voces monosyllabicae mixtae sunt polysyllabicis (§. 159.), quarum syllabarum numerus aequalis est numero vocalium (§. 132.). Vox, quae plures continet syllabas, quam altera, respectu huius dicitur

Tertia vocum  
quoad Vo-  
cales mutatio:

Vox longior  
et breuior  
quid?



citur *longior*, haec autem *breuis*. Quae vero ex pluribus constat Vocalibus, ea maiorem syllabarum numerum agnoscit (§. 132.); hinc vox vnacum pluribus Vocalibus, *longior*, cum earum paucioribus *breuis* vocari meretur.

## §. 276.

**Iactura Voca-**  
lum vocem inuoluit,  
reddit breui-

calium inuoluit, ea ex termino pluribus con-  
stans syllabis, efficit vnum, qui per earum pau-  
ciores constituitur, ea terminum longiorem red-  
dit breuiorem (§. praec.).

## §. 277.

**Quid permu-**  
tatio  
**Vocalium?**

Negotium illud, quo terminus iusto lon-  
gior redditur breuis, vocabimus *permutatio-*  
*nem Vocalium.*

## §. 278.

**Quando**  
**ad illam pro-**  
**uocare licet.**

Quamdiu vox non reddi debet breuior,  
tamdiu ad permutationem punctorum confu-  
gere non licet (§. praec.). Quamdiu vero  
Vocales non sunt abiiciendae, tamdiu vox non  
reddi debet breuior. Hinc *non prius confu-*  
*gias ad hancce punctorum permutationem, do-*  
*nec noueris, quod Vocales vel una, aut, si*  
*possibile sit, plures, quae adsunt, possint abesse.*

## §. 279.

**Non temere**  
**tamen atque**  
**sine ratione.**

Quum non omnes simul Vocales, tanquam  
altera vocum pars, a terminis separari (§. 11.  
et §. 17. Prol.) : quum et saluo vocis signifi-  
catu, nec una saepe, sed quaedam ex numero

Vo-



Vocalium tantum sub certis conditionibus ab*ii*c*i* possint (per exper.). Idcirco non temere ad hancce Vocalium permutationem accedere licet; et *quicquid per simplicem Vocalium mutationem* (§. 266.) efficere poss*u* us, id falso et per ambages exerceatur per punctorum permutationem (§. praec.).

§. 280.

Vbicunque per Vocalis iacturam vox minus breuior fit, ibi omnis permutationis punctorum finis excidit, et perperam applicatur (§. 278.). *Vbi vero in eius locum vel hanc ipsam rursus Vocalem vel aliam substituere debes, ibi per iacturam illius Vocalis vox minus breuior redditur* (§. 275.). *Qua autem Vocali abiecta tres ante vnam Vocalem literae venirent pronunciandae, ob quod noua adiicenda est* (§. 129.), ibi vel eadem vel alia venit substituenda (per princ. excl. med.). *Eo igitur casu sine omni ratione permutatio punctorum instituitur, rectius interdum simplex modo Vocalium mutatio* (§. 266.).

Vbi scilicet  
pro abiecta  
Vocali aliam  
substituere  
deberes.

§. 281.

Quaelibet Hebraeorum syllaba incipit a Hinc non nisi Consona (§. 134.); duae ergo, eaeque simplicissimae, totidem requirunt Consonas, tertia vero syllaba, quae post Vocalem secundae syllabae simplicis deprehenditur, rursus Consonam Vocali ostendit praemissam (ibid.). Hinc si duae simul in uno termino Vocales possint ab*ii*c*i*, tres hoc casu literae necessario ante vnam

vnic*a* Vocalis  
in voce poterit  
abesse.

Voca-



Vocalem venirent formandae, quibus noua saluis literis omnibus, adiicienda est Vocalis (§. 129.), adeoque minimum vel eadem iam abiecta, vel loco illius alia; quod quum ob inutilem atque superuacaneum laborem fieri non debeat (§. praec.); *Duae nunquam Vocales simul in una voce sunt abiicienda, E. ubique si necessarium sit, tantum unica.* e.g. מְלָכֶת, cum suffixo, מְלָכֹה, duabus simul abiectis, prodiret מְלָכֹה, quibus literis commoda commodo loco addenda est Vocalis, vel eadem vel alia, hinc post מ (§. 274) adiicias signum Vocalis eiusdem, quod abiecisti מְלָכֹה, pro quo impuro („) (§. 16.) assumitur Vocalis purae signum (-) (§. 273.). Qui nam quaeso labor, qui per unius tantum, eiusque ultimae Vocalis iacturam, primaeque simplicem mutationem breuiori, atque accuratiori via facilior atque dulcior redi potuisset, sic et in aliis infinitis locis.

## §. 282.

**In syllaba composita Vocalis abiici non debet.** Si, unica quoque Vocali abiecta, tres ante vnam Vocalem literae formandae essent, tunc illa abesse nequit (§. praec.); sed ubi in syllaba composita Vocalis esset tollenda, ibi statim tres ante vel post vnam Vocalem literae occurruunt (per script. Hebr.), E. *In syllaba composita Vocalem abiicere non licet.*

## §. 283.

**E. in syllaba tantum simplici.** Si vocalis abiicienda est, tunc necessario in syllaba ut sit, idea illius exigit (§. 12. P. 16. P.), si in



si in syllaba, tunc aut in simplici, aut in composita (§. 139.), non in composita (§. pr.). Ergo in syllaba tantum simplici, eaque quae in Vocalem modo definit, haec abiici, si necessarium sit, aliaque permittant, potest.

§. 284.

In una eademque voce Vocalis unica abiici, In una voce altera modo simpliciter mutari potest (per exper.) ; hinc in una voce mutatio atque permutatio simul concurrere possunt (§. 277. et §. 266.).

§. 285.

Quum mutatio Vocalium maximam partem permuat. Varietatem syllabarum (§. 269.) ; per calium earum vero abiectionem non raro in syllabis constituatur mutatio, praecipue illa, ut ex simplici fiat composita (per exper.). Idecirco permutatio saepe est principium, atque continet rationem simplicis Vocalium mutationis; principia autem prius concipiuntur principiatis, adeoque, si utraque et mutatio et permutatio Vocalium in voce est suscipienda, haec, QUANDO NIMIRVM MUTATIO VOCALIVM A PERMUTATIONE PENDET, praemittenda est alteri. e. g. קֹרֶשׁ, cum suffixo קֹרֶשׁ, sublato signo („), consequens est, ut in syllaba composita, tono destituta, breuis loco longae assumatur (§. 151. et §. 1.) בִּיתוֹ, cum suffixo וֹ, sublato chireck, בִּיתוֹ, sed וֹ in statu quietis (§. 92.)



(§. 92.) actu hoc loco quiescere debet, hinc substituenda est Vocalis commoda (§. 94. et §. 273.). בִּתְוָן, schwa abiecto (§. 189.), et interna quiescentis literae vi per Vocalem longam eamque cognatam compensata (§. 99. 102. et §. 270.), hinc prodit בִּתְחַזְּקָה.

SCHOOL. Mens nostra ut minus perueratur, omni plane iure adiecimus, si una ab altera pendeat; ob alia enim fundamenta mutatio Vocalium suscipi potest, antequam ad permutationem accedit. Nec vlla quoque probatione egere credimus hasce propositiones: quod interdum nuda permutatio, sine mutatione Vocalium, et haec sine illa esse possit.

### §. 286.

Vbi permuta- Quaecunque Vocales abesse nequeunt, illae-  
tio punctorum quocunque vel commodo vel minus commo-  
non habeat do ad abiiciendum loco deprehendantur, non  
locum. sunt abiiciendae, ibi nec permutatio puncto-  
rum applicare poterit.

### §. 287.

Vocales for-  
males  
et impurae  
non abiici-  
endae.

*Significatus termini saepe exigit has vel illas Vocales, ita ut hic sine illis non satis assequiantur confusio cum aliis diuersis evitari possit.* Tales igitur Vocales abesse plane nequeunt. Si porro ob difficultem gutturalium pronunciacionem, signa illarum bis minus immediate concurrant, vbi tamen necessarium esset; tunc altera syllaba, quae composita ordinarie est, fit simplex et loco Vocalis antea ordinarie brevis (§. 151.), iam longa est substituenda (§. 152. et §.



et §. 246. schol. 2.). Quod idem plane est in Vocali longa, quae internam quiescentis literae vim exprimit (§. 100. schol. 2.). Quum autem Vocales illae considerari possunt tanquam compensantes vel literam sequentem seu dageich forte (§. 246. schol. 2.), vel literam quiescentem (§. 102.), quae adeo abesse nequeunt, donec alterum, cuius vicem supplent, recurrat (§. 100. schol. 2.). Ideo *Vocales hae, quae et impurae vocantur* (§. 15. et 246. schol.), *abiici nequeunt, nec circa illas permutationem punctorum applicare licet* (§. pr.).

SCHOL. 1. Si igitur Vocalis, ad abiiciendum commoda, loco commodo deprehenditur, neque tamen non manet, tunc, nisi ad significatum pertineat, est impura, adeoque vel literam sequentem, vel quiescentem supplere possumus, quod in radicis inuestigatione non minimum est subsidium.

SCHOL. 2. Ut nunc inuestigemus rationes, ob quas vox longior, reddi debet per Vocales abiectas breuior, officii necessitas ipsiusque negotii grauitas iniungit.

### §. 288.

Variae omnino sunt rationes, quae acceleratam, quaeue breuiorem suadent, imo iubent termini pronunciationem. *Affectus*, qui mentem et linguam confundunt, *genius plane naturalis breuitatis celeriorisque terminorum pronunciationis studiosus*, omissa saepe una Vocali, totam in compendium vocem contrahit, ita ut nihil certi in aliis praesertim, praecochii Gram. Hebr. Q' ter Rationes, ob quas iactura Vocalium fit.



ter Hebraeam, linguis hoc de negotio praedicari liceat. Sed partim variae affectiones, quae in termino quousque a se inuicem secernentur, varii generis partim deriuatiua per mutationem in radice suscipienda (§. 116.) formanda, id omnino insinuare videntur, ut neglecta modo hac, modo illa Vocali diuersitate distinguantur, utque ea, quae per pauca fieri possent, per plura non fieri debeant. Hinc solliciti harum rerum censores attenderunt, quaenam Vocales pro ipsis diuersis, quae expressimendae sunt, ideis, necessariae, quaenam mutabiles, ut in formandis hisce terminis statim scire possimus, num, salvo vocis significatu, terminus ille breuior reddi possit, an minus. Quas si rite nouerimus, easque generales iamiam suppeditatas simul obseruauerimus, tunc non difficile erit, eos expedire casus, in quibus ex hac parte mutatio Vocalium seu eorum plane iactura suscipitur.

SCHOL. Ad applicandam nostram punctorum permutationem non ubique necesse est, *ut terminus ex aggregato syllabarum numero constet*. Occasionem quandam terminus, ex multis syllabis compositus, praebere potest, vt de earum diminutione cogitemus, sed ratio, multo minus totum fundamentum huius negotii in eodem latere poterit, quum dentur multarum syllabarum termini, a quibus, ob integre seruandam ideam, nec litera nec Vocalis abesse potest, *vti econtrario vox, ex duabus modo syllabis composita, unam amittere potest Vocalem, per quam mutationem ab aliis possit distinguiri*. Non tamen nobis ipsis contradicimus, quum ipsam Vocalium permutationem declarauimus,



per illum actum, quo terminus iusto longior redditur breuis. Ob hasce vel illas enim res denotandas, vox byssyllabica IVSTO longior esse potest, vt alia polysyllabica suo modo dici meretur breuis. Non enim circa voces breues ad numerum tantum syllabarum, quo significatu vox simpliciter breuis est, sed ad ea, quae per illum exprimenda sunt, potius respicimus, quo altero respectu suo modo breuis est. e. g. בְּרַזְוֹן, פְּרַשׁוֹת.

## §. 289.

Terminus, qui radix vocatur, eamque ex-  
primit ideam, ex qua reliquae omnes deriuantur, vel consideratur vnam determinationibus et affectionibus quibusdam mutabilibus, vel ita modo spectatur, vt nihil amplius con-  
tineat, quam ad primam illam ideam indican-  
dam tantum necessarium est. Si hoc, tunc  
omnis plane mutatio, adeoque et permutatio  
punctorum concipi nequit; si autem illud,  
tunc prout radix ille vel nomen vel verbum  
est, varias admittit determinationes, ob quas  
vox illa vel longior vel breuior fieri potest,  
scilicet in nomine, tam quoad genus, quam  
numerum et statum diuersa occurunt expri-  
menda; in verbo, tam coniugationes, quam tem-  
pora, et quae ratione personarum, numerique  
merentur secerni. Accedit alterum cuiuslibet  
radicis officium, vt deriuatiua ex illis per va-  
rias susceptas mutationes deducantur. Licet  
igitur radix modo breuior, modo longior per  
id reddatur, ipsum tamen semel constitutum  
deriuatiuum tam breue rursus est, quam esse  
poterit.

Q. 2

Quando vox  
breuior est,  
quam  
esse poterit.

§. 290.



## §. 290.

Quaenam  
circa ipsum  
negotium  
Permut. Vo-  
cal. sint  
suscipienda?

Variis sub relationibus unus idemque terminus esse poterit, quae mutationem illius et cum iactura Vocalis connexam, inferre possunt (§. praec.). Hinc antequam ullam suscipere velis huius generis mutationem ipsam prius integrum tibi repraesentes vocem, eiusque cognitum tibi reddas tonum. Quia in syllaba, tono affecta, nervus totius vocis versetur, eaque alia intensione ac productione longiori effterri debeat, quam reliquae omnes (§. 163.) Ideo in syllaba, tono affecta, Vocalis abesse nequit, imo, si nulla adesset, quaedam earum adhuc adiicitur (§. 171. schol. 3.). *Integra voce perspecta, tonoque cognito, circumspectias, num quaedam mutationem ratione literarum, quam ratione Vocalium, suscipi debeat, et ubi talem obtineri animaduertes, quaenam habeat locum?* Ponamus, te perspicere, quod vox haec, salutis significatu, fieri queat brevior, tunc hancce applies doctrinam, abiicendo in una ex syllabis, quae tonum praecedit, Vocalem (§. 277.), eamque unicam (§. 281.), in syllaba simplici (§. 283.), commodo loco, commodam, quae nec ad significatum necessaria, nec impura (§. 287.); obseruatis dein illis, quae ex illius Vocalis iactura, respectu reliquorum principiorum sunt necessaria.

SCHOL. Hanc viam ex praecedentibus sponte sese offerre, quilibet, qui modo attendit, perspiciet. Non tamen omnes eandem fountent senten-



sententiam de loco, quo initium huius Vocalium iacturae fieri debeat. Quidam a tono remotissimum, proximum alii, utrumque commodum esse nonnulli secundum certas regulas statuunt. Distincte ut hic procedamus necesse est. Ante omnia enim certi esse debemus de eo, num terminus possit reddi brevior, quo facto, ea obseruenus, quae *h*o nostro declarauimus.

§. 291.

SI DVAE NVNC ADSINT VOCALES, Casus illi,  
EX QVIBVS VNA EST ABIICIENDA, qui in Vocalis  
TVNC VEL VTRAEQVE SVNT TALES, cuiusdam  
VT, PER SE SPECTATAE, SALVO SIGNI-  
FICATV, ABESSE POSSINT, VTQVE TAN-  
QVAM VOCALES PVRAE IN SYLLABIS  
DEPREHENDANTVR SIMPLICIBVS, VEL  
NON VTRAEQVE EIVSMODI SVNT, SED  
VNA EX ILLIS HOS MODO OMNES A-  
GNOSCIT CHARACTERES: vnum enim  
ex hisce membris eo casu necessarium est, vbi  
vocem reddere velimus breuiores, alias enim,  
ob nostra iam praemissa principia, nulla plane  
Vocalis possit abiici. Vbi *vltimum obtinet*,  
scil. vt vna ex duabus Vocalibus tantum ad  
abiiciendum sit commoda, ideo, quia altera  
vel ad significatum seruandum est necessaria,  
vel Vocalis impura in syllaba simplici, vel pu-  
ra in syllaba composita est, *ibi illa, in quacun-*  
*que sit ante tonum syllaba, num proxima an*  
*remotiori, tollitur.* Si vero primum, vt sci-  
licet duea adsint Vocales, quarum vna abiicienda  
est, quarum vero quaelibet, per se

Q 3

con-



considerata, abesse possit, tunc accuratiori eos  
casus studio perlustrare iuuat. Quia duae Vo-  
cales a nobis iam assumuntur, e quarum nu-  
mero vna abiici debet: vox minimum ex tri-  
bus composita syllabis esse debet, cuius vlti-  
ma tono sit affecta (§. praec.), ambae vero  
praecedentes, simplices (§. 283.). Iam no-  
uimus, quod *omnes radices*, quodue *omnia*  
*semel constituta deriuatiua sine accendentibus*  
*aliis determinationibus considerata terminen-*  
*tur litera*, eaque vel mota vel quiescenti  
(§. 139.), in hisce, qua talibus, nulla fit  
mutatio (§. praec.). *Quodsi*, more Hebraeis  
consueto (§. 107.) accedant termino incre-  
menta ad exprimendas varias affectiones vel  
syllabica, id est, quae a litera incipiunt et Vo-  
calem ostendunt sequentem, vel *asyllabica* seu  
talia, quae Vocalem primo loco, literae, si  
quae sequi debeat, praemissam, habent, *tum*  
*vtriusque generis augmentum annexi debet Vo-*  
*cibus illis in literam desinentibus*. Assumamus  
primo, quod *voci*, simpliciter *spectatae*, cuius  
vltima litera est *quiescens*, *annexatur incre-*  
*mentum syllabicum*, tunc ea ob insensibilem fere  
quiescentis sonum, quae in medio vocis post  
Vocalem deprehenditur, vel actu ad quietem  
ducitur, vel vti lenissimi soni litera, abiicitur,  
vel sensibilior aut per cognatam, aut per eius  
duplicationem redditur. Quodcumque ex  
hisce membris assumas, nec unquam tamen  
casus, quem nos elegimus, sese sistet, id est,  
nunquam duae Vocales aeque ad abiiciendum

com.



commodae aderunt. Si vero incrementum syllabicum addatur termino, in literam motam desinenti, tunc syllaba illa, in medio iam posita, semper manebit composita, per consequens is rursus casus euenire nequit, sed eae mutationes, quae suscipi debent, ex praecedentibus resoluuntur. Propter nullum igitur incrementum syllabicum difficultorem hancce viam adire cogimur. Hinc remanent *incrementa asyllabica, a Vocali scilicet inchoantia,* quaeue termino in literam desinenti iunguntur. Quum nulla syllaba incipiat a Vocali (§. 134.), idcirco ultima vocis litera separatur a sua Vocali, ob quam agendi rationem, syllaba illa, a qua separata est litera, certo fit simplex, ac in meram definit *Vocalem.* Si in hac igitur syllaba simplici sit Vocalis, quae ad significatum nihil confert, si syllaba iterum simplex hancce praecedat, in qua itidem nulla Vocalis formalis, aut impura; tunc casus, a nobis confirmatus, adest, et nunc licet determinare, quam ex illis duabus primum respicere debemus *Vocalem.* Quum scilicet ultima litera per incrementum asyllabicum seu a Vocali incipiens a praecedenti syllaba separata sit, ideo, si litera haec mota fuerit, ex composita fit simplex (§. 137.), per quam syllabarum varietatem confusio fieri solet, quando scilicet Vocalis brevis antea in illa syllaba composita, nunc in simplici deprehenditur; hinc ad ultimam hancce omni iure attenti sumus *Vocalem*, quae, ubi brevis, vel in longam eleuatur,

tur, priori sublata, vel priori seruata, plane abiicitur: Vbi vero longa Vocalis est in syllaba, a qua litera est separata, quod facile fieri potest, partim ob expreßum in syllaba composita per Vocalem longam tonum, partim ob ultimam literam quiescentem, tunc in hac syllaba simplici nulla est confusio (§. 152.), quapropter ad praecedentem progredimur Vocali, quae ob significatum aliaque vel necessaria est, vel minus. Si vtraeque Vocales sunt necessariae, tunc nulla plane institui potest permutatio punctorum, quam tamen vbi que supponimus, ut inde necessario una abesse debeat, adeoque, vbi in prima syllaba, licet simplici, Vocalis abiici non possit, tunc priorem nostrum habemus casum, et haec altera cessat; vbi vero, saluis reliquis omnibus, Vocalis, prima in syllaba, tolli poterit, tunc actu quoque abiicitur.

SCHOL. Sic omnia paucis comprehendimus, nec ullum adhuc exemplum, quorum tamen infinita comparauiimus, in contrarium deprehendimus. Exempla de illo casu, vbi unica modo Vocalis est abiicienda. e. g. בְּבָרֶן, in statu constructo, vbi cum alia adhuc dictione, celerrimo cursu pronunciatur, quaedam cum hocce termino mutatio eaque modo in Vocalibus instituenda est; omnes enim literae radicales sunt ad ideam, quae in statu constructo manet, necessariae; per adiectas literas seruiles aut alia incrementa mutatio non sit, quia praeter statum constructum nulla alia hoc in nomine determinatio esse debet. Sed nec illa Vocalium mutatio hic applicare poterit,



rit, qua loco vnius assumitur alia vel cognata vel heterogenea. In prima enim simplici non breuis cognata esse potest (§. 152.), in altera quidem syllaba Vocalis breuis loco longae assumi posset, sed tunc confunderetur cum verbo, nec transpositio Vocalium hic locum habet, quum eae, quae adsunt, loco maxime commodo deprehenduntur (§. 274.). Non augmentum per Vocales, quod in praecedentibus reiecimus. Nulla igitur remanet mutatione, quam nostra punctorum permutatio (§. 264. et §. 277.) : quapropter ea praestitimus, quae primo loco duximus necessaria (§. 290.). Haec mutationis Vocalium species requirit, ut abiiciatur Vocalis, eaque vnicam (§. 281.) ; quaenam hoc loco, non diu haesitabimus, altera in syllaba composita abesse nequit (§. 282.). E. prima רְבָר, litera vero mediate ante Vocalem schua recipit (§. 192.), hinc רְבָר, sed, quum tonus ob arctiorem duarum vocum nexus, ad ultimam transeat, sede sua e priori relicta (§. 177.), ideo loco Vocalis longae in syllaba composita, tono destituta, succedit cognata breuis (§. 178. 270. et 272.) רְבָר. Hac ratione in aliis, suo tam modo, procedere debemus, quae ad confirmanda modo nostra principia nude proponeamus. הַזְעֵבָה, in statu constr. pro הַ, vti infra demonstrabimus, omni iure assumitur הַ, et ob eandem rationem loco (+) succedit (-), sed praeter hanc mutationem, et nostra Vocalium permutatio applicari debet, id quod facillimo modo poterimus ostendere : vtraeque syllabae sunt simplices, sed in nominibus הַ, ad significatum et formam pertinet, adeoque manet, (...) iuxta praec. abiecto. הַזְעֵבָה, sed gutturalis, ad sequentem rela-

ta syllabam, mediate occurrit ante Vocalem (§. 204. et 103.), schua insuper composita (§. 198. et 200.), eoque (-) (§. 205.), nō cato. Hinc **הוֹעֵבֶת**. Porro, קְרָשׁׂ pro

**קְטָלִים** - קְרַשׁ <sup>a</sup> ex, קְרֵשׁוֹ - קְרֵשׁוֹ  
**טוּלִים** - קְוִטֵּל ex, קְוֶטְלִים  
**עוֹבִים** - חְרוֹל ex, חְרוֹלִים  
**נוֹרִים** - נְרִיב ex, נְרִיבִים  
**חֲסִירִים** - חֲסִירָה ex, חֲסִירִים  
**רְסִירִים** - In terminis, qui augmentum syllabi-  
eum receperunt. מְצִיאָתָם, עַשְׂתָּה

2) Exem-  
pla de iis, vbi ambae Vocales ad abiiciendum  
sunt commoda. מֶלֶךְ et, מֶלֶכִי pro  
לִילָה נְפָשִׁי, רַרְכֹּז sic, מֶלֶה ex מֶלֶכִי  
זָרָעָו, קְטָלָה. In quibus vltima breuis  
abiecta. Nunc tot et plures adsunt, vbi pri-  
ma abiecta, altera breuis in longam eleuatur,  
licet vna aequa ac altera ad abiiciendum com-  
moda. שְׂנִירָה, גְּבָרוּם

**עֲשֵׂה אָסְמִיךְ רַפְצִיךְ שְׁחָקִים**  
Quae Vocalium mox post hancce doctrinam  
sequetur mutatio, accurate decidet casus, quae  
cum chireck, aliisque Vocalibus, ob concur-  
sum, vnde deriuant, schuaim, considerari me-  
rentur. Addemus tantum ipsas a Grammati-  
cis et Philologis institutas de iactura Voca-  
lium quarundam obseruationes, quae eo ten-  
dunt, vt pro ipsius termini natura statim aut  
probabiliter saltim cognoscere possimus, qua-  
nam Vocales abesse, quaenam vero ad seruan-  
dum significatum adesse debeant.



§. 292.

Non nisi in syllaba simplici Vocales, si quae sunt abiicienda, poterunt tolli (§. 283.). Illae simul syllabae, in quibus Vocalium iactura esse debet, tono praemissae, ut sint necesse est (§. 290.). In syllabis simplicibus, sine tono spectatis, ordinarie Vocales longae esse debent (§. 154.). Quodsi igitur Vocales breues, quaecunque demum sint, deprehendantur in syllabis, illarum vna, secundum data nostra principia abesse potest, quaenam vero, num prior, an posterior, illud ex praecedentibus dijudicare licet, quemadmodum ipse termini significatus haud minimum confert ad determinandum locum, quo abicienda est Vocalis breuis.

Vocales breues abesse possunt.

SCHOL. Reliquae praeter (-) et (·), ibi vix occurrent, vt vnam alia breui in syllabis sint simplicibus. In vocibus tantum penacutis, ad formam מִלְחָמָה et בֵּיתָה hi casus possunt obuenire..

§. 293.

Alia longe ratio est, vbi ad Vocales longas respicimus, quae in syllabis ad abiiciendum commodis (§. 291.) praesentes, non omnes statim tolli possunt. Pro diuerso scilicet termini significatu, quatenus vel nomen vel verbum est, modo hae, moda aliae Vocales sunt necessariae, sine quibus nec ipsa forma, nec alii characteres poterunt cognosci. Hinc, quamdiu tales Vocales in syllaba ad abiiciendum comoda

Quaenam

longis

abesse possint.



moda perspiciuntur, tamdiu manent (§. 279. et 287.). Si Vocales, quarum signa sunt (.), (i) et (v), in nominibus deprehendantur loco, ad abiiciendum commodo, tunc quia, iis abiectis, omnia, per quae speciatim ab aliis discernantur, simul perirent, seu forma vocis interiret, ideo necessariae sunt, neque, quamdiu sunt Vocales formales, abiici queunt. In verbis (.) et (i) praesertim, tanquam characteres quarundam affectionum, applicantur, hinc eandem vim, quam paulo ante dicta Vocales, exercent, sunt scilicet constantes. At (v) in hisce nihil speciatim determinat, adeoque loco, ad abiiciendum commodo, praesens, virginibus ita rationibus, saluis reliquis omnibus abiici potest. Vocales vero, quarum signa sunt (-) et (..), nisi sint impurae, inconstantes, variarumque mutationum capaces, quae prout necessitas aut aliae rationes suadent, in nominibus quam verbis ut plurimum tolli poterunt. Ipsorum exemplorum praesentia de iusto agendi modo ubique multo certiores nos reddit, neque vagae nimis ac exceptionibus multis stipatae quorundam grammaticorum regulae sufficiunt, aut longa egent demonstratione: Generales nostras non minus ac speciales regulas datis ubique casibus haud infelici applicare possumus successu, quas in dies, Deo auspice, magis determinatas reddere allaborabimus.

SCHOL. Sic faciliori demonstratione possemus asserere, quod in monosyllabicis (..), ob in-

cre-



rementum raro absit. Porro alteram grammaticorum regulam, si schua mobile (...) praecesserit, manet; quam, uti paulo altioris indaginis subiungemus demonstrationem. Vocales non sunt sine ratione abiicienda (§. 279.), id autem maximam partem est, ubi illa sublata, eadem vel alia venit substituenda (§. 280.). Quando autem, abiecto (...), tres ante unam Vocalem literae occurrerent, tunc noua adiicienda esset Vocalis (§. 129.), hinc (...) eo casu manere debet (§. 282.). Sed si (...) mobile, aut schua compositum in eius locum sub gutturalibus (§. 202.) τῷ (...) praecedat, tunc abiecto (...), necessario tres ante unam Vocalem literae venirent (§. 194.). E. si (...) schua mobile praecesserit, manet. e. g. **אֲשֶׁר יְהוָה צִדְקָתָיו קָנָם.**

Non tamen generaliorem velimus regulam, ac si nunquam Vocalis abiiciatur ibi, ubi noua dein addenda est; si enim *longe alia, aliisque simul loco ponatur commoda*, tunc, *et saria inuticem distinguantur*, modus hicce adiiciendi Vocalem nouam omnino accommodatus aequa et rationalis est, cum hac restrictione volumus ut intelligatur §. 280., ne contradictionis rei fiamus: quam terminorum ratione Vocalium mutationem, pluribus nunc prosequemur.

### §. 294.

Termini ea omnia exprimere debent, quae in ideis varia distingui merentur (§. 7. Prol.), non raro quaedam, quae ideae accesserunt, determinationes ita in terminis exprimuntur, ut eis quaedam vel literae vel vocales vel vtraeque annexantur (§. 107.). *Vbi modo per literam quaedam voci fit accessio, ibi nec*

Literae  
vocem non  
reddunt bre-  
uiorem.

ma-



iorem syllabarum numerum recipit, nec ipsa vox longior euadit (§. 131. et 275.), ubi vero per Vocalem, tunc crescit syllabarum numerus, ac cum eo ipse terminus (ibid.).

## §. 295.

**Quid  
augmentum  
vocis  
per Vocales.**

Quemadmodum illum actum, quo vox iusto longior redditur breuior, vocauimus permutationem punctorum Vocalium; ita inuersa vice, negotium, quo vox iusto breuior redditur longior, appellabimus, *augmentum vocis per vocales.*

## §. 296.

**Versatur tan-  
tum  
circa Vocales.**

Per quodcunque vox plane nullum syllabarum augmentum recipit, per idem illud numerum fit longior, id nostram hic non meretur attentionem (§. praec.). Per solas vero literas, sine vocali additas, numerus syllabarum minus augetur (§. 107.). *Nostra hinc unica erit opera, ut inquiramus circa Vocales, num adiiciendae sint, quasnam ob rationes, et quamnam?*

**SCHOL.** Quum Vocalitum discriminem praeprimis attendi mereatur, quando illae sunt applicatae, ideo his omnibus in casibus necessarium est, ut certo sciamus, *qualis, num brevis a longa, et quatenus ex illis.*

## §. 297.

**Quando vox non sit iusto breuior, tamdiu nullum ratio adest, ob quam reddatur longior, iusto breuior, tamdiu nullum est augmentum punctorum vocalium**



calium necessarium (§. 295.). Quando autem *omnia, quae hoc in termino exprimenda sunt, actu exhibentur, quando ipsius de termini sonus, isque satis distinctus atque legitimus, ex iis, quae in scriptione perspiciuntur, formari possit, tunc non iusto est breuior.* His omnibus igitur integris, non est, ut amplius aliquid addamus, ullumque syllabarum ipsiusque vocis augmentum instituamus.

§. 298.

Simulac vero vel ea, quae per accedens Quando  
quoddam incrementum syllabicum indigitanda iusto breuior,  
erant, non sunt expressa, vel nullus aut sal-  
tim inconditus, aut non satis adaequatus so-  
nus ex iis, quae in scriptione deprehenduntur,  
formari queat, quibus non nisi per adiectas  
quasdam vocales occurrere possumus, tunc  
vox omnino iusto breuior est, quae per huius  
generis mutationes fieri debet longior (§. praec.  
et 295.).

SCHOL. Misso iam priori vocem augendi modo, alterum assumimus declarandum, quando nimirum sine hocce subsidio vel plane nullus, aut inconditus vel non legitimus certa ob im- pedimenta termino tribui potest sonus.

§. 299.

Non vna adest ratio, sib[us] quam tres ante Ob tres literas  
vnicam vocalem literae occurrere possunt, in- ante vnicam  
terdum enim per vnicam modo abiectam vo- Vocalem.  
calem, interdum per vnicum modo additum  
praeformatiuum aut praefixum id effici pote-  
rit,



rit; illo casu, quando ad unicam syllabam simplicem plures unae literae pertinent: hoc vero, quando litera vocis prima iam mediate est ante vocalem, cui adhuc una sine vocali accedit. Tres ante unam Vocalem literae pronunciari queunt (§. 129.), adeoque, si non plane nullus, tamen inconditus termino conciliatur sonus (per exper.), qui per adiectam vocalem (§. 12. Prol.) distinctus redditur, per quod syllabae unacum voce augentur (§. 295.). Causa causae est etiam causa causati; hinc consequens nonnunquam de eo, quod vocalis substituta, esse poterit, instituendum nunc vocis augmentum, ad quod literae, quae sine vocali termino accedunt, itidem praebere occasionem possunt.

SCHOL. 1. e.g. **רְבָרִי**, in statu constr. vii infra declarabimus, non opus est amplius τῷ Ρ, nec ut differentia constituatur inter absolutum statum et constructum, (τ) tollitur, hinc **צְרָקָה**. **רְבָרִי** cum praefixo בְּצְרָקָה etc. quorum exemplorum numerus ingens omnino est.

SCHOL. 2. Posit quis rursus obiicere, quod perperam tunc abiiceretur vocalis, ubi alia rursus addatur. Id verum esse concedimus, ubi ad voces modo breuiores respicimus, ibi enim ne minimum quid, respectu syllabarum numeri, periret. Hoc sensu idem assertum §. 280. Iam vero ubi discriminem quoddam per alicuius termini mutationem scimus constitutre, tunc illa saepius hac ratione potest suscipi, si modo quaedam tollatur vocalis; ALIAQUE, ALIO LOCO addatur, per id ultimum ne-

gotium hocce sese distinguit a simplici illa vocalis mutatione: non enim in hisce casibus loco illius, quae iam adeat, substituitur alia vocalis, sed vna plane tollitur; ob quam vocalis iacturam vox iusto sit brevior, quia literis praesentibus non omnibus tribui potest sonus conueniens: hinc alia demum alic loco adiicitur vocalis, et vox haec distinguitur ab eadem, sub forma priori spectata, id quod primo necessarium erat, dein et omnibus literis aequa ac vocalibus sius constat sonus. Hic verus huius negotii est sensus.

§. 300.

Vt tres ante vnicam Vocalem literae pronunciari nequeant, id ex natura illarum (§. 12. Prol.), et, more Hebraeis, consueto diuidandum venit (§. 129.): utriusque facile occurrere possumus, per adiectam modo vocalem. *Qualis sit addenda; id locus, quo adponenda est, determinabit, quaenam vero eligenda, id ex eo, quod indicare debet, patebit.*

Vnde  
diuidendum  
qualis et que-  
nam  
sit addenda.

§. 301.

Tribus literis ante vnicam vocalem praesentibus, ultima, quae immediate ante vocalis medium occulit deprehenditur ad illam pertinet (per scr. pet inter literas locum. Hebr.); hinc duabus tantum literis addenda est vocalis. Vbi arbitrio nostro relinquitur, quemnam eligere velimus locum, procul omni dubio commodum praefferemus incommodo, *is vero est commodus, quo literae, quae per vocalem fiunt sonorae (§. 12. Prol.), suum distincte sonum edere possunt, sed vbi Kochii Gram. Hebr.*

R                  dua-



*duabus modo literis addenda est vocalis, ibi est locus maxime commodus, quo vocalis medium inter literas occupat locum* (§. 274.). Hunc igitur omnibus reliquis praferimus, quando integrum nobis est, quemcunque, qui nobis arridet, locum eligendi.

## §. 302.

**Adeo que vo-** Literae ante Vocalem sunt literae motae  
**calis adiicien-** (§. 95.), hinc tres ante Vocalem literae, qua  
**da breuis.** tales, sunt omnes motae. Vbi igitur vocalis  
 medium inter hasce literas motas, qua tales,  
 occupare debet locum, tunc *syllabae compo-*  
*sitae addenda est Vocalis* (§. 137.), ac, *tono*  
*absente, vocalis breuis* (§. 151. schol.). Vo-  
 calis igitur hoc casu est addenda, eaque breuis.

## §. 303.

**Quaenam?**

Tres ante vnicam vocalem literae vel ob-  
 ablatam vocalem ex syllaba simplici duabus li-  
 teris constanti, vel ob accidentem literam ter-  
 mino, cuius prima litera iam mediate ante vo-  
 calem erat, veniunt (§. 299.). Vocalis bre-  
 uis adiicienda est, ita, vt inter primam et se-  
 cundam literam medium occupet locum  
 (§. praec. et 301.), alio igitur plane ab illo,  
 vnde prius erat (§. 299. schol. 1.), eoque,  
 vbi antea nulla deprehendebatur. Hinc *talis*  
*ex breuibus est eligenda, ex qua perspicere pos-*  
*sumus, quod antea nulla adfuerit, quaeque si-*  
*mul satis sit accommodata literis.* Sed voca-  
 les A, E, O, abesse et adesse poterunt, ideo,  
 illis simpliciter retentis, dubii plane essemus,

num



num eaedem illae iam adfuerit, an minus? hinc remanet (.) et (,): sed ultimum vocalis signum in sacris frequenter vicem suppleret, adeoque non satis accommodatum, ut solum chireck supersit. Altera vero litera, quae post vocalem deprehenditur, gutturalis esse potest, quae, ut post vocalem in fine syllabae, sed in vocis medio est, ad initium sequentis referri amat (§. 204.), quapropter schua recipit compositum (§. 198. 200.), ac quia chireck praecedens, non ad illud accommodatum, sed aliud τω schua associatur ex tribus illis (§. 205.), cui signo chireck praecedens assimilatur. Vbi demum primum literae signum, sub quo addenda vocalis est, sit signum gutturalis, quod iam habeat schua compositum, tunc, ut omnes euitentur ambages, utque naturae gutturalis consulatur, illud tantum abicitur, quod impedit, quo minus schua compositum pro vocali haberri queat, id vero ipsum est schua signo vocalis annexum (§. 201.), adeoque hoc casu vocalis accommodatissima adposita.

SCHOL. Unum ex hisce, quounque casu, vbi trium literarum ante unicam vocalem cursus est, applicari debet; suppeditabimus cuiusvis generis exempla. Loco רְבָרִי רְבָרִי loco בְּשָׁמָאֹלֶת בְּשָׁמָאֹלֶת sic et

לְשָׁמֵר בְּרַמְוָתָנוּ בְּצָרְקָה בְּזָמִינָה וַיְהִי. Dein ubi post vocalem, recens adiectam, deprehenditur gutturalis pro רְעַנְנוּ רְעַנְנוּ prius dicendum, pro quo רְעַנְנוּם רְעַנְנוּם pro

R a

pro

בענוק prius, בענוק pro quo  
רחלו, in cuius locum רחלו pro  
לאלהו et לאלהו, לאלהו. Exem-  
pla, vbi sub gutturali addenda noua vocalis,  
quae, sublato schua, iam adest commoda er-  
נארבה, א נארבה, נארב  
פערך pro פערך.

## §. 304.

Duabus saepe Duae eadem numero literae bis simul cum  
ante unam vo- vnica vocali pronunciari nequeunt, inter eas  
calem semper sonus vocalis cuiusdam celerrime in-  
literis addenda terponendus est (§. 35.), licet in scriptione ob-  
est vocalis concisam se exprimendi rationem nullum vbi-  
que vocalis signum adstet. Sic duae eiusdem or-  
gani literae praesertim in eo proximae, bis  
ante vocalem se immediate excipientes, difficil-  
lime formari possunt (ibid.). Si vero inter  
eas vocalis eaque commoda inseritur, tunc  
facilius, adeoque aptior fit pronunciatio. Non  
est igitur, ut mireris, cur ב, quando praepri-  
mis ante affines ב, quas vel immediate,  
vel mediate sequitur vocalis, addatur com-  
moda, ob syllabam simplicem longa, vocalis U,  
cuius punctum diacriticon signo illius imprimi  
potest (§. 28.). e. g. ירושים וּבַין וּמִאָסְתֵּי

## §. 305.

Ob tonum re-  
tractum  
addenda vo-  
calis.


Saluo interdum significatu, vocalis quae-  
dam abesse poterit, quae tamen ob aliquum re-  
spectum manere, aut, si iam sit abiecta, rursus  
addi



addi debet. Tonus nimirum ordinarie est in ultima, ob varietatem non minus, quam singularēm emphasi retrahitur, vt ad penultimam, eamque, quae ante abiectam vocalem talis erat, ac de qua nudum tantum vestigium in litera restat, redeat. Quum tonus sit affectio syllabae (§. 163.), idcirco in syllaba vt deprehendatur necesse est; sed litera sola eam non perficit (§. 133.), sed cum vocali combinata (§. 125.), quapropter literae huic necessario addenda est vocalis: *si eodem loco antea quaedam iam adfuerit, idem redit; si vero nulla, tunc ea assumatur, quae sponte se in pronunciando offert.* e.g. יִפְרַץּ pro יִפְרַץּ; יִמְצָאּ pro נִמְצָאּ; נִפְקָעּ pro שִׁבְיָה; תְּשִׁיבָה pro שִׁבְיָה.

SCHOL. I. Praecipuae illae particulae, quae terminis praefiguntur, sunt hae וּכְלֵב. Si illa litera, cui immediate praemittuntur, vocalem statim secum habeat coniunctam, tunc, sibi literae mediate ante vocalem, sibua recipiunt. Sed ubi tonus ad hancce accedit Vocalem, qui protractam illam iniungit, tunc haec praefixa non eo sensibili modo exprimuntur, vt, prouti decet, distinguantur. Hinc adiicitur vocalis, eaque saepius ordine prima, ob syllabam simplicem longa, vt, grata varietate, media syllaba intendatur, prima et ultima, si qua adest, eadem soni intensione et productione prolatis. e.g. חֲלוֹתָה נְשֻׁזָּבּ וּרְבָם וּרְשָׁן. קְהִנָּה לְקֹחָתָה לְלִקְרָתָה לְמוֹתָה קָחָתָה. בְּמַזְנֵי בְּמַזְקֵה לְכָסָה.

SCHOL. 2. Haec fere erunt, quae de qualibet mutationis vocalium specie, sigillatim considerata, hacce in sectione differere constitui mus. Nemo in euoluendis sacris literis tam hospes erit, qui ignoraret, quod in uno termino composita varii generis mutatio locum haberet. Si tam in literis, quam vocalibus simul mutationes sunt instituenda, tunc, quia ab illarum mutatione, et harum maximam partem pendeat (§. 260. sqq.) ea, quae circa literas occurruunt mutanda, prius expediamus, necesse est, quam ad mutationes vocalium progressimur. Quam pro ipsis terminis diversis, pro variis in hisce rursus distinguendis, vari generis mutationes et in vocalibus suscipiantur. Hinc tam in nominibus, quam verbis determinabimus speciatim, quaenam hoc, quaenam alio casu mutationes actu fieri debant. Hacce simul doctrina plane incomparabili, multaque attentione digna coronidem imponimus parti horum fundamentorum generali, eadem premendo vestigia in explicantia altera parte specialiori.



GRAM.

# GRAMMATICES HEBRAEAE

## PARS II.

DE EIS, QVAE CIRCA HE-  
BRAEORVM TERMINOS, QVATE-  
NVS AD EORVM SIGNIFICATVM RE-  
SPICITVR, NOTARI MERENTVR

SEV

DE PARTIBVS ORATIONIS.

CAP. I.

DE NOMINIBVS.

§. 306.

Mentis nostrae mutationes conformantur rebus illis, extra nos positis, in mundo diuersis. Hae variae igitur res sunt obiecta perceptionum, cogitationum ac idearum nostrarum. *Quot diuersae ipsarum rerum classes, tot et idearum dantur.* Terminii significare modo debent ideas (§. 7.), hasce per illos exprimimus, et series plurium talium terminorum, qui iudicia nostra inter se connexa seu ideas illarum rerum, quas percepimus, ex- primunt, audit *Oratio.*

Qua via  
hancce gene-  
ratim doctri-  
nam decla-  
rabimus.

§. 307.

*Quot igitur diuersae idearum species, seu classes, tot sunt terminorum, nec plures, neque pauciores : et quum oratio ex iis tantum con-*

Quot rerum,  
et idearum  
classes tot ter-  
minorum.

R 4

stet;

